O.6:9.
~~3 B 6 21~~



CONSTANTINVS ROMAE LIBERATOR POEMA HEROICVM

AD SERENISSIMVM FERDINANDVM II MAG·ETRVRIAE DVCEM

AVTHORE ALEXANDRO DONATO SENENSI SOC·IESV

CONSTANTINVS ROMAE LIBERATOR

POEMA HEROICVM

ALEXANDRI DONATI
SENENSIS
E SOCIETATE IESV.

ROMÆ,
Ex Typographia Manelſi Manelſij. M. DC. XL.

SVPERIORVM LICENTIA.

FERDINANDO SECVNDO MAGNO ETRVRIÆ DVCI

ALEXANDER DONATVS F.

HEroicum poema à primis vſque temporibus florentiſsima ingenia vix in lucem ediderunt, SERENISS FERDINANDE: cum eius nondum adulti robuſtique vim experti mortales communi conſenſione iudicarunt, nihil hoc eximio litterarum præſidio validius eſſe ad nominis immortalitatem conſequendam. Id vero Epici poetæ ingenti non minus gloria, quam vtili compendio præſtiterunt: quod vel Principes viros impune ſibi aſſumpta extollendi facultate humanis auguſtiores effingerent: vel quia in vnoquoque agendi genere optima conſectantes, vitia contegerent, ſublatiſque labeculis, quæ rebus etiam præclarè geſtis aſpergũtur popularem turbam ad inuſitatæ virtutis admirationem traducerent: vel

quia illuſtrium facinorum narrationi ſtabile numeroſum, ſplendidum, & tamquam imperatorium carmen adhiberent auribus, animiſque permouendis idoneum. Itaque magni duces, atque Heroes non magis debellare hoſtes, atque immania ferarum monſtra deinceps abolere ſtuduerũt, quam nanciſci vel mediocrem poetam Hiſtoricæ veritati vela obtendentem, atque ea nihilominus carius, quam Sibyllę folia venditantem. Hanc ego Heroicæ Poeſis naturam meis verſibus neſcio quo modo peruertere videbar. Talem enim Heroem ſum carmine complexus, qui ex ſeſe magnus ſine fabulis, inſtinctu diuinitatis, vt Ethnicorum publico elogio arcus triumphalis hodièque teſtatur; vt verò prædicat Chriſtianus Orbis, in ſigno diuinæ Crucis hoſtium victor, ac debellator res admiratione maiores confecit: Idemque à priſcis vtriuſque linguæ ſcriptoribus, tantis & præconijs, & voluminibus euectus eſt, vt Conſtantinus Auguſtus ad virtutem ſuam amplificandam nullum videatur locum reliquiſſe fingendi poeticæ libertati. Quare id potius mihi enixè curandum fuit, ne eius, quem carmine laudare vellem, exaggeratas à cæteris laudes ingenij culpa dètererem: ſi vero præter Epicum inſtitutum incultis verſibus quidpiam de Flauia dignitatę detraherem,

per

per nomen ſublime Principis conſulerem nomini, atque operi meo. Itaque ad te item Magnum cōfugiendum erat, cui nota in primis eſſent lineamenta ſpiranſque dignitas heroicæ virtutis ad viuum tui exẽplar inſignium poetarum voluminibus conformata: quique cum antiquis Heroibus de meritorũ immortalitate contẽderes. Neque enim vereri poteram, quin opus magnitudinem præſeferret Heroicæ granditatis capacem, quod tibi non iniucundum poſt editionem humaniter acceperis, & ante vt ederetur liberaliter iuueris. Audiant hoc, qui ſui æui teneriores Muſas perpetuo liuore decolorant, & ſtudioſi laboris recentes partus cum vellicant ingenij ſubtilitate, tum ſtyli acumine vulnerant: æſtimentque parcius cum his agendum, quos ſapientiſsimi, conſtantiſsimique principes ſuſcepto patrocinio non minus tueantur, quam inſtruant, atque etiam obarment aduerſus inuidos, & aliena criminantes. Homini quidem ſeptis Religioſæ humilitatis inobſcurato quid fælicius accidere poterat, quam vt eius deliteſcentem poeſim, vt lucem publicam aſpiceret, Magnorum Ducum clariſsimus illuſtraret. Nobili puero olim Romæ oſtentum imperij fuit, quod eum ex vtero matris prodeuntem ſolis radij contigerunt. Mihi vero ad proſperi editionem operis quid fruſtra

propi-

propitium, præſentemque Apollinem; Solem illum incolam ſylueſtrium quōdam vmbrarum inculcarent veteres, ac recentes poetæ? Sol tu verior, & Medicea claritate, & tuo proprio virtutum ſplēdore admirabilis, quoniam oblatum hoc, quidquid eſt, poematis acceperis, beneficio largiſsimæ lucis antea proſequutus certum exploratumque ſignum dediſti, fore, vt Conſtantinus olim Imperator nouum quodammodo Imperij faſtigium tenere videatur: qui veterum ordinem, atque Ethnicæ turbæ confictos, atque impios prætergreſſus, inter Chriſtianos, & ſolidæ virtutis Heroas inuſitata pietate, belloque inuicta, & conſtanti Religione meo primum carmine ſit adſcriptus. Vale.

MV-

MVTIVS VITELLESCVS SOCIETATIS IESV
Præpoſitus Generalis.

CVm Heroicum Poema de Conſtantino Magno, P. Alexandri Donati Societatis noſtræ, Tres eiuſdem Societatis, quibus id commiſſum fuit, recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint: facultatem concedimus, vt typis mandetur, ſi ita Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Viceſgerenti, & Reuerendiſs. P. Magiſtro Sacri Palatij videbitur. In quorum fidem has litteras, manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus Romæ 1. Iunij. 1640.

Mutius Vitelleſcus.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sacri Palatij Apoſtolici.

Io. B. Epiſc. Camer. Viceſg.

IVſſu Reuerendiſsimi Patris Nicolai Riccardij ſacri Palatij Apoſtolici Magiſtri, accurate perlegi Poema de Conſtantino Magno, R. P. Alexandri Donati, nihilque in eo inueni, quod pias aures læderet, ſed omnia, quæ eruditas oblectarent. Tanta eſt enim elegantia ſtyli, carminis granditas ac ſonus, latinitatiſque candor, vt quam paucisſimos ſimiles habere exiſtimem. Itaque in lucem hoc opus, magno rei litterariæ bono, edi poſſe iudico, quod maieſtate ſua, ac grauitate, auguſtam ſuſcepti argumenti magnitudinem æquat. Datum Romæ die 3. Iunij 1639.

Iacobus Accariſius ſac. Theg. Doct. ac ſanctæ Romanæ vniuerſalis Inquiſitionis Qualificator.

Imprimatur.

Fr. Reginaldus Lucarinus Mag. & Socius Reuerendiſs. P. Fr. Vincentij à Florentiola Ord. Prædic. Sac. Pal. Apoſt. Mag.


H.V.I.
E.C.F.

CONSTANTINI LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Flauio Aurelio Conſtantino Veronam obſidente Ruricius Pompeianus Dux copiarum Maxentij ſub noctem aduenit cum exercitu ſine mora pugnaturus. Sed Conſtantinus profligatis hoſtibus, non ſine ope cœleſtium bellatorum Veronam intrat.

PRima per Auſoniam Labaris victricibus arma, *Vexillis militaribus Conſtantini cum Cruce.*
Auguſtumque cano, bello diuina mouentem
Auxilia, & dominæ ſubeuntem mœnia Romæ,
Poſt fracti cladem Tiberis, merſumq. Tyrannum. *Maxentium, quem Prętoriani elegerant.*
Dux adeo incertum, facilis prænuncia curſus,
Relligio mihi monſtrat iter; quæ fauſta per auras
Victori in medium clarauit lumina ſolem: *Oſtenſa Cruce in Cœlo.*
Direxitque Ducem, clauſas vt panderet arces,
Impiaque aduerſo proſterneret agmina ferro.
Huic Mundi iam regna dabas, Diuiſque piatos *Nam Græci, & Latini eius res geſtas cōſcripſerunt.*
Conſtantine ſinus, Fideique, Deoque vouebas.
Nec ſatis, eloquij argiuis quod laudibus Heros,
Quod magnus latijs iterum celebrabere linguis.

Grandibus ipſe addam numeros,& carmina factis:
Claraque Mœonij venient ad nomina cantus.
Sed neque cyrrhæo verſus deuoluere cliuo,
Nec ſperem gemino deducere culmine Muſas.
Si mihi vocales ſit cura aſcendere montes,
SENA vetus patrios per culta virentia colles
Obtulit, & Blandos ſontano e fornice riuos:
Poſt,myrto & molles hederis vinctura corymbos.
Aſt aliò me ſacra Fides, pugnataque cœlo
Bella vocant. Foret Armenijs ò peruius oris
Hortus: inauratis genitrix vbi frondea pomis
Prima venenatæ nutribat ſemina culpæ:
Nec longe illapſu liquido pellucidus amnis
Arua rigans, puris argenteus ibat in vndis,
Arua, pererrato quæ legerat Orbe Voluptas.
Hæc vati potior ſedes, hic flumina large
Potaret; motu mens vnde agitata calenti
Dulcè ſonaturos in carmina funderet æſtus.
Aſt ea quòd latuit tellus, virideſque recondit
Diuitias: rotat in foribus quòd flammifer enſem
Aliger. Inſuetos, ò Crux, quæ picta per ignes
Traduxti ſuperos in Flauia ſigna nitores,
Tu mihi ſanguineis effunde canalibus vndas
O animæ Crux vita meæ: tu celſa cruores,
Tu morientis aquas hauſiſti Numinis: & nunc
Spargere labra potes, numeris componere voces,
Flumine & humanos diuino extinguere ſenſus.
Tunc Heros mihi carmen erit: nec deuia noſtris
Fortè comis renuet, frontique irrepere laurus.
Tuque adeo, magnos attolli Hetruria faſces
Cuius ab imperio gaudet, venerataque leges
FERDINANDE tuas lætis agit otia terris,

Fons huius nominis celebris in eadem Vrbe.

Paradiſus terreſtris.

Crucē viſam in Cœlo ad ſigna trāſtulit Conſtantinus.

Tyr-

Tyrrheni latium vatis ne deſpice carmen,
Flauia dicentem iam nunc & dirige bella.
Te quoque ſigna decet terraque efferre marique
Conſtantina Crucis. niueis nam purpurat armis
Auſpicijs Crux vecta tuis, perque æquora latè
Implet veliferis vexilla volantia malis.
Flauia quin etiam virtus te vindice ferro
Te ſuperæ comitantur opes; cui claſsibus actis
Sæpe triumphato ſternuntur cærula fluctu,
Lunaque demerſas queritur Threiſſa carinas.
Has modò pugnaci deſignat imagine lauros:
Atque optat vexilla gerens cœleſtia victor
Romuleo Cæſar tibi iam præludere bello.
Quod ſi barbaricis idem ſua mœnia frenis
Bizantina dolet, populoſque, vrbeſque teneri,
Europæ, atque Aſiæ quas finibus abſcidit æquor;
Medicæos videat contra certare ferentes
Marte Duces ſpolia ampla manu: ſemperque refuſo
Sanguine raptoris rorantem ducere prædam:
Plaudere & Europã, ſenis atque Orbibus Orbem.
Hæc Muſis ſperanda meis. nunc Itala dicam
Prælia: nec notis auſim diſcedere terris.
Ibat ad occiduos morituro lumine fluctus,
Horrebatque procul nigras Sol pallidus vmbras,
Lucis & obſcuro naſcentem funere noctem;
Veronam prope cum denſis exercitus armis
Aſtitit. æra nouos reſonant Romana cruores,
Et criſpata leues volitant vexilla per auras,
Ruricius bellum reuocat, qui Flauia contra
Signa fremens ductor Maxentia temperat arma,
Ducit & auſonias Tiberi mandante ſecures.
Ille quidem ruptis egreſſus mœnia portis

Equitũ Cruce rubra ſignatorum.

Triremium Medicearũ.

Conſtantinus cum Labaris Cruce ſignatis.

Quam ſedem Imperij Oriẽtis Conſtantinus delegit.

Quam obſidebat Conſtantinus.

De eo Incertus, & Nazarius in Panegyr. ad Cõſt.

Aderat quidẽ Ruricius experiẽtiſſimus belli, & tyrãnicorum ducũ colnmen.

Nazar. in Paneg. Ruricius cum ſe Verona proripuiſſet, nouos eodẽ egit exercitus.

Auſus erat conferre manus. dederatque trementi
Terga fugæ, turpem referens ſine laude ſalutem,
Victus & obſtructa miles ſe condidit vrbe.
Nec tamen abſiſtit, maioremque addere molem
Ruricius tentat bello. ciet agmina circum
Impiger, & ſparſas cognata per oppida turmas
Finitimis periturus agris. Venere, feraces
Cenomanûm quicumque armis defendere valles
Aſſueti latios firmant ſtatione colonos.
Iamque equites, pediteſque altis Vicentia tectis,
Brixiaque effundit. propior furit aſpera Manto,
Armatuſque ſonat populatis Mincius vndis. (tes
Huc Mutina, huc pariter validas Aquileia cohor-
Miſerat. incedunt plenis denſa agmina campis,
Veronæque nouas referunt ad mœnia pugnas.

De hac obſidione Incertus, & Nazar. in Panegyr.

At contra obſidium duplicis munimine valli
Vrget, & obſtantem circumdat Flauius vrbem.
Illum belligeris dudum iuſtiſſima Gallis,
Patriaque arctois ponentem iura Britannis
Roma vocat reducem, fundatoremque ſalutis
Deſtinat imperio. Quantis heu victa periclis
Roma gemit! necdum peſtis ſaturata recumbit.
Ipſe palatinæ latebris Maxentius aulæ

Iiſdẽ in Paneg. & Euſeb. in vita Conſtant. lib. 1. cap. 29.

Exerit in cædes atrox caput. horrida circum
Tormenta, ſtrictique enſes, virgæque ſonantes
Stipant crudelem, ſtrageſque, cruorq. Tyrannum.
Supplicio canique Patres, caſtæque puellæ
Demiſere caput. deſunt ergaſtula, deſunt

In Panegyr. ad Conſtant.

Vincla, catenatis ferrataque robora membris.
Connubij non vlla fides, non vincla pudoris,
Non crudeſcentem leges tenuere Tyrannum.
Idem italis opibus ſublatus, & vrbe Quirini

Æqua-

Æquales furit in Reges: Tu faſcibus æquis
Iungebas faſces, ac fœdera nota petebas
Conſtantine: virum ſpreuit, ſociaſque curules
Reppulit infœlix: dominam ſimulacra per Vrbem
Tum ferus abrupit, luſitque in imagine Regem.
At dolet ille magis, ſanctis quod nulla ſepulchris
Relligio: quod ſacra ſilent, quæ ſanguine fuſo
Signauere patres: iuſtos neque ponit honores
Roma viris, qui romulei per vulnera ferri
Sanguineo implerunt tiberinam flumine foſſam:
Quod Capitolinæ nondum ſuper ardua rupis
Alta triumphali Crux brachia veſtiat auro.
Hæ cauſæ bello ſuberant, populuſque, patreſque
Vindicis arma vocant; nec Flauius arma refugit,
Maturatque iugo plorantem educere Romam.

Idem in eod. Panegyr.

Non ſecus ac patrium ſi quando incendia limen
Obſedere, globis atque vndat edacibus ignis;
Ocyor accurrens audita pericula ciuis
Ingemit, & facibus, fumoque erumpere nubem
Senſit vbi, & natos æſtu ſuperante teneri;
Proſilit, euentuſque ſubit deuotus in ambos:
Vel rapere arſuros, paribuſuè occumbere flãmis.
Talem ſe bello miſcet, premiturque periclo
Flauius, & latiam petit imperterritus Vrbem.
Iamque ter obſtantes poſtquam deiecerat hoſtes,
Victor ad Euganeos, pulſataque fluctibus arua
Flumineis, ſuperique ſalo cognata profundi
Venerat, Inſubrum è campis; vbi fuſa minacis
Agmina Maxenti captos gemuere Dracones:
Viſque repercuſſos irrupit Flauia muros.
Expauit Verona Ducem, ſenſitque minores
Obieciſſe manus, ignes ſubitura ſupremos.

Populi prope Patauium.

Populi prope Mediolanum

Gurgite non illam præceps, non vortice rauco
Montanique ruens Atheſis de culmine ſaxi
Spumoſis defendit aquis. Quà lenior amnis,
Et vacat hoſte ſolum, vada tranſilit; altaque Cæſar
Agmina partitus geminis quatit oppida caſtris.
Nobilis, & tuſcis quondam fundata colonis
Fertilibus Verona ſedet ditiſsima campis:
Veraque gens tyrrhena ſuo de nomine fecit
Nomina; cum dominos ducens Hetruria faſces
Eridanum propter duodenas conderet vrbes,
Venturis factura domos, ac mœnia Gallis.
Hi nomen fecere ſolo: gentiſque togatæ
Arua tenent; longe alpino qui Marte ruentes
Tecta capillatis liquerunt condita Celtis.
Tunc & Cenomanos ſenſit Verona Tyrannos,
Antiquos gauiſa nouis iuueneſcere muros
Imperijs, ſtructaſque vadis fluuialibus arces.
Romuleas eadem longùm venerata ſecures
Celtica mutauit tiberino conſule regna,
Et Pompeianos accepit mixta colonos.
A tergo tumet in colles, conuexaque dorſo
Terra iugum viridi demittit in æquora cliuo,
Ad pluuios conuerſa notos. Non largiùs vſquam
Gramine veſtitur, fruticeſque, & florea latè
Seu virgulta roſis campus, ſeu pingit acanthis.
Pæonijs idem virgulta virentia ſuccis
Educat, & cupidas morbos depellere frondes.
Vrbs monti ſubiecta iacet, domibuſque ſuperbis
Sublimè erigitur, ſeu deprimit æqua minores:
Flaminiæque manus cauea dimenſa patenti
Amphitheatra locat ludis compoſta cruentis.
Hic quoque marmoreis aperitur ſcena Theatris,

In Paneg. ad Conſt. Quam coloniã Cn. Põpeius aliquãdo deduxerat, Pompeianus euerteret.

Sæpe

Sæpe thyeſteas menſis imitata Mycenas.
Ipſa triumphales ſaxis candentibus arcus,
Et ſpolijs, tituliſque ducum ſuſpendit opimis:
Tollit & alta Deûm ſolidis delubra columnis.
Atq. Atheſim grauat impoſiti quater aggere pōtis.
Succedit, tumidaque ſuam ſe mole per vrbem
Fert Atheſis. fugiens maternas paruulus Alpes
Ille fluit ſitiens vndas, tenuique laceſſit,
Alliſus ſcopulis ingloria murmura cornu.
Inde Tridentinos præterfluit accola muros,
Et fruitur ſtagnis per florea prata quietis:
Tum rigidos auſus celſa inter culmina montes
Tentare, incedit ſtrepitu violentus aquarum
Saxa per & valles, reſonanſque ferocibus vndis
Veronam medius ripis abſcindit amœnis.
At iuga non metuit, non curat flumina Cæſar.
Hinc depreſſa tenet, longeque patentibus aruis
Laurigeris auguſta manent tentoria velis:
Dalmatius iuga fraternis hinc obſidet armis,
Et ſummo de monte ferox ſuper imminet hoſti.
Nox aderat, nigro ſpargebat & horrida vultu
Cum tenebris in corda metus, in lumina ſomnos.
Armorumque magis fremitus, & diſſona belli
Vox longe auditur: propiuſque ærata gementem
Vngula pulſat humum; pugnæq. exuberat ardor.
Ruricius properabat iter, pugnamque vocabat. Nazar. in Paneg. Ruricius præcipitante iam die pugnam nō detrectauit. O nox illa æternis ſeculis monimentiſque mandanda.
Parte alia Cæſar venientum hoſtilia poſtquam
Agmina denſari fert nuncius; agmina caſtris
Ocyus ire iubet, vulſoque erumpere vallo.
Ite, ait, *inuictæque iterum proſternite gentes*
Ter victos ſub ſole viros; nox vltima bello
Fauſta ſuperfuerat, iunctis quæ luce tenebris

Tot veſtris oculos aperit, quot ſydera; factis.
Scilicet haud vmbris, haud hoſtica nocte latebunt
Funera; ſepteno magis hæc de culmine Roma
Viſet, & attonitus quondam venerabitur orbis.
Sic ait, erexitque duces; tum protinus omnes
Egreſſi caſtris fortes ſtatuere maniplos,
Et iunctas equitum denſis legionibus alas.
At ciues patriæ ſtantes pro mœnibus (æra
Vt noctem mouere alto clangore pauentem)
Arrexere animos, portiſque patentibus optant
Vrbanas ſociæ turmas committere pugnæ.
Ecce autē obſcuras ſubeūtia mōſtra per vmbras
Murorum vigiles, mox didita terruit omnes
Fama viros, cœlique iræ patuere minaces.
Nam quà frondíſera fluuius conualle volutus
Cogit aquas, minuūtq. cauæ ſua murmura lymphę,
Ecce videt pauidus miles tremefacta ſecundùm
Littora terrificas bellantum incedere turmas,
Ore armiſque decus velut immortale gerentes.
Ignea tela manus, & aëno ſquamea textu
Lamina pectus habet; lateri lux alligat enſem
Fumida: pro galeæ criſtis, pinnaque comanti
Fulgure flagrantes videas albeſcere conos.
Quin etiam viſu horribiles, ac ſæua minantes
Alipedes ſpectare licet, queis fuſa per armos
Maior inardeſcit curſuque, & pondere virtus.
Igneſcunt nares, oculiſque excuſſa vibrantur
Hoſtibus arſuris ſtridenti fulmina telo.
Ipſa pedum pulſu tellus tremit; vngula campum
Crebra terit, monteſque caui, valleſque reſultant.
Egit vt horribiles exercitus agmine formas,
Et laturus opem campo ſtetit, vnde maniplos
Expli-

De his Naz. in Panegyr. In ore eſt omnium Galliarum, exercitus viſos, qui ſe diuinitus miſſos præſeferebant. & deinceps. Sic Cōſtantinus iuuari meruit ſic debuit Roma ſeruari. Hoc innuunt verba arcus Triumphalis Romæ. Quod inſtinctu diuinitatis &c.

Explicat, & lato Cæſar ſtruit ordine Martem;
Extemplo vigiles, ciueſque in mœnibus altis;
Ceu moritura manus, noctem gemuere ſupremam,
Nec dubitant ſuperis hoſtem deſcendere caſtris.
Atque aliquis renouans conceptos voce pauores:
Ecquid, ait,, *veteres nunc Flauia caſtra gigantes*
Conueniunt iterum, noſtroque immania portant
Bella Ioui? Falſum rebar, quod Gallia totis
Viderit æratas acies, & candida campis
Ducere ſigna viros, Italiſque effundere bellum. De his Naz. loco cit.
Veriùs haud vmquam pronas ad murmura voces
Fama tulit. modò cœleſtes tibi candidus æther
Cōſtantine manus; nutrit modo Tænarus vmbras,
Et coniuratas cœloque creboque phalanges.
Ergo aderis victor. Quantis tunc Gallia turmis
Vndauit Superùm? Quæ cinxit pectora fulgor?
Et clypeis, medioque Cruces vmbone nitentes?
Illis ſydereæ flagrabant vertice criſtæ,
Fulmen & ardentes armabat miſſile dextras.
Ecce fremunt reduces. Obſtructos ite penates
Liminaque, & portas, & mœnia pandite ciues.
Flauia dum pugnant, obnixi Flauia contra
Venimus arma pares, pariliſque obiecimus enſes.
Quis pugnare Deis? aut, ſi Phlegetonte refuſo
Agglomerata ruunt, monſtris audebit Auernis?
Scilicet his nutant Maxentia viribus arma;
Flauia iam fatis regnat, iam Numine virtus.
Sic fatus, cæcos animi ſiue ille timores
Exerit incaſſum, ſeu Conſtantina repoſcit
Imperia, inque nouas declinat vota ſecures.
Nec ceſſant aliunde metus, veterique ſepulchro
Larua minax rurſum tremefactā perculit vrbem.

Nazarius. Quę nam illa fuiſſe dicitur ſpecies, qui vigor corporũ, quę amplitudo membrorum? Flagrabant verendũ neſcio quid, vmbone coruſci, & cœleſtium armorum luce terribilis ardebat.

Nam

Nam parte ex alia tyrrhenis clarus in armis
Qui veteri proauos numerabat ſtemmate Reges,
Et tuſcas equitum moderatur Porſenus alas,
Solus nocturno viſebat mœnia paſſu;
Qua defenſa aditus condit, Conſtantiæ contra
Signa, & hyperboreos ſpectat Verona triones.
Illi autem ſubito trepidos fluit horror in artus,
Arrectæque comæ, & tacitis vox condita labris.
Miratur voluens oculos, quid neſcia turbet
Corda; ſed intento luſtrat dum ſingula viſu,
Ecce fremor, vociſque nouus ferit impetus aures.
Quippè iter accelerat, propiuſq. informe cadauer
Viſendum nigras greſſu diuerberat vmbras.
Ceu compoſta patent diſruptis oſſa ſepulchris.
Illi abſumpta cutis, reſolutaque viſcera ſubter:
Spina cauas vacuo ſuſpendit pectore coſtas,
Oſſaque dilapſis ſqualent arentia neruis.
Ora carent oculis, conſumptis lurida malis,
Et putres ſcabra ſeruant rubigine dentes;
Geſtat inauratam calua ſed fronte coronam, (ctu.
Textilis atq. humeros tyrio chlamys vmbrat ami-
Dextra gerit ſceptrum, rutiliſque accincta pyropis
Crux rubet è ſummo, tenebraſq. intermicat, auro.
Aſtantem pauidus iam Porſenus horruit vmbram.
Et fugit. Obſeſſa veluti cum fuſilis arce
Intento baliſta facem quæ condidit ictu,
Non expectatis vomit æra tonantia flammis;
Heu miſer ad ſonitum, diſperſaque fulgura cœlo
Concidit, ac terram miles premit ore trementem;
Dilacerat fulmen zephyros; ille icta timore
Vix tandem ora mouet, motæ vix credulus auræ.
Talis erat, ductorque metu tremefactus abibat,

Rettu-

Rettuleratque pedes. elingui triſtis ab ore
Cum miſſa increpuit vox improuiſa pauentem.
Nam quis te fruſtra inualidis mea poſtera proles
Accingi telis, bellumque agitare coegit?
Hæc, ſummo fulgere vides quam pulchrius auro,
Crux inuicta premet quæcumque aduerſa parãtur.
Victrices, i, quære manus; venerare potentis
Flauia ſigna ducis. me rurſum oſtendet, aperto
Solque iterum viſet tumulo. Iam verba parabat
Securus vitæ, tutuſque horroribus atris
Reddere: primæui iam quærere ſanguinis ortum,
Cum ſubito in tenebras euanida Porſenus ora
Agnouit, retroque horrentia cedere membra.
Notus erat iuxta tumulus, quem priſca tegebãt
Marmora conſertis pario de vertice cruſtis:
Et maculoſa decem fingebant ſaxa columnas:
Quas ſuper elato ſtabant conuexa metallo,
Et circumpictis ales Iunonia pennis.
Hic ſtetit, huc præceps ſe lubrica merſit imago,
Spectantemq. fugit, ſpectrumq. immane vocãtem.
Ille autem, poſtquam laruas abijſſe loquaces
Senſit, ad arma redit, ſocioſque: vbi nuncia pubes
Horrificas veniſſe refert per littora gentes, (que,
Mutus adhuc: mox verba mouet trepiduſq. treměſ-
Adiungitque metus, animoſque inclinat in hoſtem.
Interea effuſis vndant legionibus arua:
Noxque magis nigras intenderat vda tenebras;
Pallida nodabant tremulos nam ſydera crines,
Fuſcabantque noua refugos caligine vultus.
Tuq. adeò quamquam æthereis nox inuida flãmis
Aeternos aſtrorum oculos in nube tegebas,
Teſtis eris; memores, & tu non muta per vmbras

Ventu-

Venturis reſonare potes certamina ſeclis,
Siue meos dabis ire modos. Maxentia latè
Agmina Ruricius totis extenderat aruis,
Vaſtaque productis laxarat cornua turmis,
Septenaque immanè ferox legione ruebat.
Hic ſua Primanis aderant vexilla: Rapaces,
Italici, mixtoque fremunt ad ſigna tumultu
Qui Thraces bello & ſcythicos domuere furores.
Arcadius læuum; dextrum clariſſime ducis
Vere latus, qui cæſaream cognomine gentem,
Atque Antoninos deducis origine Veros:
Ruriciuſque mouet medium fortiſſimus agmen.
Ipſe armis, auroque idem ſpectandus & oſtro,
Terribilis galea, & criſtis micat igne coruſcis.
Huic etiam bello gaudet comes ire paterno
Romulus, auguſto Maxentia ſanguine proles.
Ille autem ſtudijs florens iuuenilibus æui
Iam Cæſar, dictus patriæ jam ſola voluptas,
Cedebat potiora ducis, ceu fortis Achilles,
Munera; quem lecti proceres ter mille ſequuti,
Romani proceres primæuo in flore iuuentæ,
Quamquam inuiſa dabant periture nomina Regi;
Vndique denſabant aciem, circumque locatis
Sublimes in equis tumido ſe Marte ferebant.
Hic quoque inhorreſcens conſertis ferreus armis
Incedit catafractus eques, demiſſaque ferri
Tegmina pectoribus, crurū tenus, addit equorum:
Tum clypeo, vaſtæque ſonans ſub pondere clauæ
Sæuit, & innexis per ferrea vincula turmis,
Obijcibus, murum veluti, conſtringit aënis.
At parte ex alia duplicatæ robore frontis
Flauia pugnaces cogebant ſigna maniplos.
Verum

Vera legionum Nomina.

Romulus Maxentij filius, inter Diuos ab illo aſcriptus, vt habent numiſmata.

De his, qui Clibanarij dicebātur, Naz in Panegyr.

Verum vbi tam vaſtis procedere cornibus hoſtem
Audijt, extemplo diduci ampliſſima Cæſar
Arma iubet, preſſamque viros aperire phalangem.
Dextera iam campis vexilla Britannica lucent:
Elatiſque fremunt haſtis non vlla Draconum
Ora, neque inſertas Aquilæ ſubiere coronas;
Crux Labaris intexta nitet fulgentibus auro,
Ac tremulis nigras radijs intermicat vmbras.
Iura dabat, qui cæſareos haud proximus æuo
Tangit Dalmatius fraterno ſanguine faſces.
Huic comitem Thamiſis, gelidiſq. Britannia terris
Tunc extrema, ducem dabat auxiliaribus armis,
Frenauit niuei qui regna Caractacus Angli.
Nec minus & Gallos dux Aſcarice mouebas:
Atque olim captæ memorant incendia Romæ.
Læua tenet miles, clypeo qui fulmina ſignat,
Cara Deo pubes iaculatis ignea flammis.
Namque Antoninum (rapido dum conderet Iſtro
Prælia, Sarmaticis quod fracti Pannones armis,
Et Marcomannas miſceret Vandalus iras)
Montibus hi clauſum, ſyluiſque, & pallida circum
Ora famis, telumque hoſtis furiale trementem
Barbarico ſoluere iugo; cum ſanctus aperto
Miles vota canens traxiſſet fulmina cœlo,
Et coniuratas reſcindere caſtra procellas.

Chriſtianorũ legio Marcũ Antoninum, & eius exercitum impetrata precibus tẽpeſtate, ſeruauit. Car. Baron. Tom. 2. An. Chriſti 176.

Fulminea ex illo fertur; nunc clara per vmbras
Exultat legio, & Celſo ductore minatur.

Dicta deinde Fulminatrix.

Ibat iuncta manus, quæ pingui conſcia Nilo
Martia Thebæis augebat nomina palmis.
Nam poſtquam inſontes, cœloq. inuicta vouentes
Pectora, Thebæas, genus indignate, cateruas
Maximiane feris, teloue infigis acuto;

Thebæorum legio fidei cauſa à Maximiano necata.

Victri-

Victriceſq. manus ſcopuloſum propter Agaunum,
Aut vicina ſacras tenuere per oppida lauros;
Crimen atrox, cædes atque execratus iniquas
Alia legio eiuſdem nominis. Conſtantinus adhuc tepido rubefacta cruore
Signa frequentari iuſſit, Romanaque bella
Condere Thebæos fauſta legione maniplos.
Artemius ciet imperijs, ac temperat agmen.
Nam ſub Iuliano Apoſtata martyr factus eſt. Qui ſacra teſtatus cœleſtia ſanguine, ferro
Victima procubuit; magica deſertor in vnda,
Poſtquam fœdaras Fidei Iuliane nitores.
Hinc & pugnaces Fermandus agebat Iberos,
Agmina miſſilibus, fulgentibus inclita cetris:
Et luſitanis quos duxerat Amalus oris,
Quà Tagus occiduas auro permutat arenas.
At medius Cæſar, chlamydem cui lucida gemmis
Crux obit, ac fuluo ſtamen complexa metallo,
Et galea, & clypei ſeptemplicis orbe coruſcat.
Tum magno vix patre minor, potiorque iuuenta
Criſpus ab ignoto ſimiles parat hoſte triumphos.
Vt fortes tacito gentes efferuere motu
Senſit, & hoſtiles animis agitare ruinas,
Conſtantinus equo cuneos prouectus ad omnes:
Quid moror? exclamat. *Veſtra eſt victoria. ferrum*
Stringitis, an lauros? Video, quid numine dextro
Nox vehat; hoſtis adeſt, proſternite: ſola per illos
Eſt virtus, voluiſſe mori. Tuque ardua vindex
Crux aderis ſcelerum, medium mihi viſa per axem
Hoſtis inhumani meritas portendere cædes.
Te ſequor ò quocumque vocas; tibi militat omnis,
Qui me cumque tuos ſequitur viſurus honores.
Nunc age inacceſſi lux ò clariſſima Solis
Obſcuram in noctem dubitantes dirige dextras,

Si

Si tua cæſareos mutarunt ſigna Dracones,
Iuſſaque pugnantes tibi vincimus ordine bella,
Deuoti ſuperis, pubes tua. Dixerat alto
Corde ſacrans votum, cœlumque in fœdera iungit.
Nec minus ardentes accendit voce cohortes
Ruricius, paribuſque vocans in prælia dictis.
Ire iubet, *tutari ignes, veterumque Penates,*
Vrbemque, & priſci Capitolia ſumma Tonantis.
Hi modò, qui latiæ violant vexilla volucris,
Atque infauſta notant lethali haſtilia ſigno,
Perque Cruces peritura manus, iam nocte profũda
Inuenere neces. Quid robore triſtius illo,
Defixi quo membra terunt moritura latrones?
At quorum mihi ſigna ferunt, expendere pœnas
Iam faxo, incipient. Ite: infœlicibus omnes
Omnia corporibus conſumite vulnera: noſtros
Hi iactant viciſſe duces? proh vana probroſis
Verba luenda malis. retro ceſſere volentes:
Huc coiere manus: totis hic vincimus armis:
Non aliam ſibi noſtra legit victoria noctem.
Dixit, & inſanos pugnæ inſpirauit amores.
Claſsica iam rauco circum ſtridentia cornu,
Iuſſaque Ruricijs crepuere canoribus æra:
Flauiaque irrupit cœlum tuba. nubibus altis
Reſponſant fremitus, ſciſſæque tonitrua noctis.
Extemplò commiſſæ acies, ſparſumque per auras
Miſſile, & incerta volitantia cuſpide pila;
Illo primo volant latialia funera telo:
Vmbranturque nigræ iaculis pendẽtibus vmbræ.
Sed neque mentiri vulnus, nec fallere dextram
Crimen erat, ſolas cornus cum figeret auras;
Crimen inaſpecto nox diluit humida velo.

Pars tamen ignotos membris hauſere cruores,
Et nodos rupere animę: Maxentia cunctas
Ludunt pila manus ſpatijs iaculata remotis.
Necnon quiſque ſuæ ſpargebat vulnera gentis
Seu ferro, ſaxoue petens, aut verbere fundæ:
Aëraque innumeris figit ſine lege ſagittis,
Vt mortem referat calamis, pinnaque cadentem.
Protinus ira minax in funera ſufficit enſes.
Cuncta adeo armorũ ſonitus, clangorq. tubarum,
Et diſiecta furor confuderat agmina; necdum
Cognita ſigna ſui, tenebris horrentibus, hoſtis.
Sic regna ſcythicum frenantẽ Pontica Regem
Pompeio ſuperare datum, cum regia caſtris
Magnus ad Eufratem premeret iam caſtra latinis.
Noctis in obſcurum Romæque Aſięque potentes
Conflixere manus: totoque argentea cornu
Luna palatinas à tergo elata volucres
Vidit, & obtutus hominum fallentibus vmbris,
Grandia produxit ſimulatis corpora membris.
Rex ferus ereptuſque fuga tum nocte peregit
Bella, quaterdenos dubio quæ Marte per annos
Diſtulerat. Læuos incurrere ſenſerat hoſtes
Ruricius, mótaque ſuos legione labantes,
Inuehiturque: vnâque ſubit denſiſsima pubes.
Excipit Artemius venientem protinus vndam,
Oppoſuitque pares armis animiſque cohortes.
Ille ter impreſſo tranſuerberat enſe Neronem,
Virginiumque, oculis lapſi qui vulnera fratris
Hauſerat, & ſimili labentem eſt morte ſequutus.
Tum denſos inter cuneos mucrone, manuque
Laxat iter, ſequiturq. ducem non pigra iuuentus,
Et ferit: & ferro perruptus ſternitur hoſtis.

Mitridates Põti Rex nocctu cũ Pompeio conflixit, & victus eſt.

Inde

Ruricius contra campi per aperta reducens
Conſertis vexilla globis, ſtragemque, metumque,
Iam Salium iaculo, Meliumq. haſtaque Sabellum
Strauerat, immanis vibrantem ſpicula quercus.
Obiecit ſe ſe Carius, quem Sequana quondam
Celticus hybernis naſcentem lauerat vndis:
Fraxineaque ducem iacta premit eminus haſta;
At redit á clypeo multo cum fragmine telum.
Illi Ruricius: *veſtris quid Romula diſtent*
Robora, *diſce*, refert; *quamuis optata trementem*,
O quicunque cades, *cæcis nox occulat vmbris*:
HAVD mors lucis eget. Sic telo immitis adacto
Sanguineo vndantes immergit flumine vultus.
Inde alios, vnaque cohors ſternitque fugatque;
Ipſa ſimul petitur, ferroque impulſa recedit:
Non oculi, viſuſque iuuant: ignota loquendo
Arma recognoſcunt, confuſaque vocibus ora.
Flauius interea medium turbauerat agmen,
Hoſtilique ferox vndabat ſanguine Cæſar.
Ille Arium rigida veniens transfixerat haſta:
Tranſque humeros longa ſuperabat cuſpide telum.
At dominum fugiens pendentem robore duro
Linquit equus. portabat onus, nec ſegnior hoſtem
Cæſar in aduerſum curſuque haſtaque ruebat;
Atque iterum Tulli ceu corpora cerea fixit,
Et geminos iuxta calidis proiecit arenis.
Horribiles vomit inde iras, hos demetit enſis,
Hos vmbone terit, nunc ſummo á vertice frōtem
Atque humeros vná, & fulgentia diſcidit æra.
Stabat Arimandus, patrias quem Mæſia propter
Prognatum gelidi ripas eduxerat Iſtri
Vaſta giganteis tollentem corpora membris.

Huic gemini iuxta fratres Selimuſque Maruſque
Aequa ferunt capita, & paribus certamina telis.
Hi ſoliti contis pugnare, veruque trabali,
Quale focis aptant; hybernæ frigore brumæ
Flumina cum ſolidat glacie latiſsimus Iſter.
Quippe ſuper cryſtalla gelu concreta profundo
Dacus, & auriferis habitantes Pannones aruis
Tonſa ferunt nemora, & congeſtis robora truncis
Inijciuntque faces, cœloque incendia miſcent:
Tum pecudum inſerto figentes corpora ferro
Integros torrere boues, verubuſque volutum
Aut aprum, aut cæſos ſyluis immanibus vros
Aſſueti, & longas epulis traducere noctes.
Hæc tum nubiferi quatientes ſpicula fratres
Ferrato lacerant pugnatum corpora malo.
Ecce ſubit Cæſar, Selimique, elatus in enſem
Tempora ſumma ferit. diffracto caſsida ferro
Diſſilit, inque humeros ceruix geminata recũbit,
Sæuit Arimandus, quamquam nox fœda tegebat
Vulnera, cædentemque petit. cum Cæſare fortes
Stipantur cunei, & ducibus vexilla coactis.
At non auxilio fretus, non ille tuentum
Indigus armorum, rapta velocius haſta
Sternit Arimandum, lapſantem in ſanguine fratris
Membra ſuper, iunctaque ſimul cũ ſtrage ruentem.
Fraxinus ora viri ſubiens agitabile vocis
Intercluſit iter, largoque adoperta cruore
Irrumpens animæ caua ſpiramenta recluſit.
Iamque Marus gemino turbatus pectora luctu
Frena retorquebat, iaculo cum miſſa volanti
Mors hæſit lateri, cordique illapſa reſedit;
Subiecit torquenda patri quæ ſpicula Criſpus.
Nec

Nec minor ille fremit, ſequiturq. prę itq. fremẽ tẽ.
Nunc ferit aurato librans haſtilia ferro:
Fulgentem modo terrificis rotat ictibus enſem:
Et multo obſcuram confundit funere noctem.
Ecce propinquabat conuerſa Romulus haſta,
Et criſta, & tunicis, paribuſque exultat in armis.
Criſpe neque aduersũ refugis, ſed miſſa per vmbras
Haſta Tigillini tranſit femur, impiger ardet
Criſpus in auctorem, diſtrictaque tela coruſcat.
Ille furens iuuenem iuuenis mucrone petebat.
Obiecit ſe mixtus eques, Martemque diremit,
Pugnanteſque manus alia ad certamina mouit.
Vltor at obſtantes ira truculentior, alas
Irrumpit, ferrumque rotat, clypeoque coruſcans
Romulus incumbit pauidis. Sed nocte profunda
Sæua magis dubiæ crudeſcunt funera pugnæ,
Immotos quà flectit equos, circumque coronat
Ferrata cuneos miles compage ſonantes.
Nec denſos penetrare globos, aut ſternere Cæſar
Eſt potis. armorum deuincto pondere pubes
Hærebat, nexuque aciem religabat aeno.
Sed iam tempus erat, quo ſe cœleſte cruentas
Adderet in pugnas, hoſtemque eluderet agmen.
Ergo vbi ſigna dedit, campo qui Ductor aperto
Quaſſabat trifida flagrantem cuſpide pinum,
Arduus ipſe prior magnis excuſſa lacertis
Tela rotat, clauſamq. ardentia torquet ad vrbem,
Et procul aduerſæ defigit robora portæ.
Fulmineas rapuere faces, trabibuſque volutas
Accenſi flammas ſparſere in nubila poſtes.
Ille iterum magnis ardentem viribus haſtam
Impulit. Haſta ſubit valido quà ſaxa fragore,

Baliſtę ingẽtis tormenti vſum fuiſſe in prælijs Romanorum, narrat Tacitus l. 3. Hiſt.

Hoſtilis baliſta vomit: rurſumque reducto
Fune rotat telum, ac læuo petit agmina cornu.
Nec tormenta valet violare trabalia ferro
Dalmatius. quoties iaculatur pondera ſaxi,
Fit ſtrages, laceroſque lapis præteruolat artus.
Ergo vbi cœleſti contortum miſſile dextra
Hic ſtetit, inſeruitque faces; tenuere volantem
Iliceæque trabes, & ſtupea vincula flammam:
Et male conceptos pereunt tormenta per ignes.

Turboigneus Romæ ex Ælia mole emiſſus die feſto S. Petri, & anniuerſario inaugurationis Pontificis.

Non aliter magnæ nocturna in gaudia Romæ
Cum noua ſolſtitia, & claræ per ſydera noctis
Vaticana ſuo redeunt ſolemnia templo:
Aut vbi Romuleo tiberina per otia Patri
Inchoat alma dies emenſos faſcibus annos:
Sulphurei calamis volitant crepitantibus angues,
Aelia ſeu miſſos effudit in aera moles;
Seu ciues rutilas fecere volantibus alas.
Summa petit, tremulumq. accẽſo crine draconem
Fert cœlo radius; tum laſſo in nubila collo
Cum ſonitu expirat; laceri ſe protinus ignes
Demittunt, tectoque ſuper, campoque recumbũt;
Et quondam frondes alimentaque pinguia lapſis
Inuenere focis, rapiuntque è caudice flammas.
Talis in aduerſam compacto robore molem
Haſta ſubit, trabibuſque faces iniecit euntes:
Atque alimenta rapit iaculatum ſtupea fulmen,
Iam tabulata globos flammarum ad ſydera voluũt;
Et fumo, & mixtis crepitant conſumpta fauillis.
Flauius vt miles ſubitos tormenta per ignes
Expirare videt, Martem clamore ſecundo
Incendit, ſibi quiſque animos iramque miniſtrat,
Vimque nouat, ſtimulatq. viros, pugnamq. laceſſit

Dalma-

Dalmatius. manus at Superum circumuenit hoſtẽ
A tergo, ſaculiſque iacit crepitantia pila.
Hæret & ardenti lenteſcit arundine telum
Arma ſuper, tædas irritatura flagrantes:
Aura ſonat circum ſpirantibus incita pennis.
Non pice, ſulphureo non tantum incendia nitro
Paſcuntur: velut ære faces. nec ſola ſuperbis
Iam caſsis crinita iubis chlamydeſque coruſcant;
Squamea ſed liquido defluxit lamina ferro.

Primus vt ardentes galeæ diffulgere conos,
Loricæque attolli humeris fumantibus ignes
Horruit Arcadius: *Quis adeſt? exclamat, & ardens*
Improuiſa gerit ſuccenſo turbine bella?
Ite, ho[illegible]em patrijs luctantem incendite flammis.
Audiuere ducem fruſtra noua bella minantem;
Sparſa adeo bibulis errant incendia membris.
Acrius hoc Martem vexillaque Flauius infert
Miles, & anc pites proſternit cæde Latinos.
Lubrica quippe viris illabitur ignea peſtis,
Et tutos arſura magis deſcendit in artus.
Spicula, vix ferri memores, flammantia dorſo
Excutere, & diros extinguere veſtibus ignes
Conantur. Perit ante alios iam torridus omnes
Arcadius, torti rapido cui fulminis ictu
Lorica aurato liquefacta effluxerat ære.
Cætera turba fugam tædis agitata mouebat.

Spectato interea properans mouet arma periclo
Ruricius. ſubit ille ferox, & voce, manuque
Pallentes ſiſtit cuneos: nec probra, pudorque
Sufficiunt, laudeſuè ducis. *Quas pergitis*, inquit.
Nocte vias? Non iſta parit mihi ſemita lauros;
Nec turpi veſtram tutabitur aggere vitam.

 Huc

Huc reuocate gradus. Dixit, paulumque moratur
Agmina;quãquã amens terror tremefacta fugabat.
Ecce autem campo Superi pugnaque recedunt.
Simulata fuga vt ſequentes hoſtes terga ſuorum inuadant. Ponunt tela manu, manibus laxantur habenæ,
Et curſu breuiora fugæ compendia luſtrant.
Attollitque animos hoſtis: Proculuſque, minaci
Vt forte actus equo contorſerat arduus haſtam,
Huc, ait, ò verè auſoniæ, Maxentia, gentis
Clara manus: ſubito veſtris quo lapſus ab armis
Hoſtis abit? celerate, ſuis ſe ſe occulat vmbris?
Eripiatque fuga meritos iam noctis honores?
Sic ait, & primus campi per aperta volantem
Calce premebat equum: crebro quatit ilia pulſu
Ponè cohors equitum, præcedentemque fatigat
Cœleſti ductore manum, ſequiturque trahentem.
Quippe recedentes Superi decurrere campis:
Flectitur curſus, vt appareãt poſt terga hoſtium. Alipedum curuos tum circumflectere curſus,
Aruaque conuerſos luſtrare emenſa per orbes.
Poſt celerant hoſtes. gemino ſonat vngula gyro;
Sydereæ nec dum retegunt molimina turmæ.
Iamque iterum apparent, medij quà robora belli
Miſcebant acies, Italùmque laceſſere terga
Incipiunt, preſſuque nouos augere tumultus.
Flauius obſtupuit, neſcitque potentibus armis
Auxiliare Crucis veniſſe in prælia ſignum.
At Superi ſubito nigras abiere per auras,
Et denſa vacuum rareſcit imagine cælum.
Nec ſubitum ſenſere abitum Maxentia pubes.
Maxentiani terga ſuorum cæduut, & ſe mutuo conficiunt. Quin & adeſſe rati cedentem comminus hoſtem,
Terga premunt, ſociæ renouantes vulnera gentis;
Decipit, horrentes tenebras qui peruolat error.
Hic vero immanis cæco diſcrimine pugnæ

Cre-

Crebreſcit ſine more furor, clypeique micantes
Horrendiſque gemunt percuſſa ſonoribus æra,
Et ſua Ruriciæ pereunt per vulnera turmæ.
Pars fugere à tergo ferientem comminus hoſtem:
Pars clauſo dubitans veſtigia figere campo:
Cæſaris aduerſa pars ſiſtere fronte furores.
Clangor vbique, virumq. cruor, ſtridorq. cadẽtum;
Cuncta ſed obſcuris nox horrida condidit alis.
Nec maior gemini circumſonat ira profundi
Imbellem, & rapto laceram ſine remige puppim,
Quà ſe ſe Libyæ aduerſos cuneata per auſtros
Frons aperit, longoque interſecat aſpera dorſo
Monomotapa tuos fluctus, eoaque Regna:
Oceani occiduis hinc finibus Atlantæa.
Stat medio, & duplices horret quaſſata tumultus
Luſitana ratis, zephyroque, euroque recuſſum
Verberat vnda latus: lambit rorantia pontus
Sydera: prærupti manes aut vallibus imis
Apparent; donec dextrà læuàque retorſit
Aduerſiſque vadis raptam Thetis obruit alnum.
Sic mediæ periere acies penituſque reuulſa
Iam catafractus eques chalybum cõpage fatiſcit.
Qualiter Herculeæ nodoſo pondere clauæ
Diuerſos pugnata olim portenta per axes
Demiſere caput. Non robore ſegnior illo
Conſtantine ſubis: vnà omnis Gallica pubes:
Æratæque ſudes, & adactum in tempora ferrum
Innumeris reſonant (crepitãs ceu grãdine nimbus)
Ictibus. infracti paſſim, mixtique cruentis
Deuoluuntur equis: humeros premit altera belli
Tempeſtas, manibuſque viri ſternuntur amicis.
Forte equites inter ductor Cerialis agebat;

Caput Bonæ ſpei.

Qui trans Eridanum, campoſque, vrbeſq. iacentes
Ditia montanis habitabat mœnia tectis
Iam ſenior; ſed enim iuuenili robore natum
Duxerat; auſoniam claro qui nomine vitem
Geſtabat Metius, Maxentiaque arma tenebat.

Centurio in exercitu Maxentij.

Hunc autem læui tutantem cornua campi
In medias acies equitum vagus abſtulit error,
Hic vbi prævalidam vibrans immane ſecurim
Strauerat Ordenum fulua Cerialis arena.
At Metius comitem rabidis vlturus in armis
Ore fremens, furijſque patrem ſub nocte maligna
Ignotum ſtricto horribilis mucrone petebat:
Et ferit. Heu nunquam noſtris bene cognita votis
Semita. percuſſam frontem defixit, & aruis
Patrem lethifero languentem perculit ictu.

Patris, & filij pugna, cum ſe ſe nõ agnoſcerent.

Iamque aperit currus Phœbe maculoſa bicornes,
Cæſaris extremas cœlo viſura coronas,
Et bellatrices patefecit lumine turmas:
Cum Cerialis humum reſupino corpore preſsit.
Atque excuſſa viri monſtrauit caſſida vultum.
Agnouere acies cladem, manibuſque latinis
Conſtratas Aquilas, totoque cadauera campo
Gentili deiecta manu. non vlla ſalutis
Spes alit, accelerantque fugam. ſed lumina voluit
Vt Metius, patris defixus in ora cadentis,
Indignaque ratus pallentem occumbere terra:
Hoc etiam Italiæ, exclamat, *nox impia crimen*
Per ciuile nefas crudelibus attulit oris,
In noſtrum molita caput? Proh digna tenebris
Vulnera. & immenſos æui reticenda per orbes.
At ferro meliore aderis mihi dextera vindex,
Ipſa dabis, natum genitori expendere pœnas.

Tuque

Tuque pater noſtro placari ſanguine manes
Et vita patiare tuos; tibi victima natus
Sola cadet, quæ ſola rogis eſt digna paternis.
Vix ea, cum rapto ſcrutari viſcera ferro
Cœperat: ecce hoſtis ſubito vox increpat hoſtem:
Quem ferro laceras? Ego te. Mihi vulnere pœnas
Non iſto ſcelerate dabis. Iam lumina, & iras
Suſtulit. oblituſque necis conſurgit in enſem:
Et, mirum, Metio quod non ſperare licebat,
Venit ab hoſte ſalus. Hic Flauia ſigna ſecutus Duo fratres militant in aduerſis caſtris.
Inſignis iaculo, Cerialis & altera proles,
Venerat extremos Mauſonius vſque Britannos,
Atque diu gelida Tamiſim potauerat vnda.
Sed falſa immiſcens hic nuncius impulit aures,
Occubuiſſe neci caro cum fratre parentem:
Carcere quos tetri Maxentius abdidit antri
Supplicium intentans, iuguloque minantia tela.
Quos tamen, Italiæ cum Flauia bella ſubirent,
Rex ferus exſoluit, lætoſque in caſtra remiſit.
Credulus at cædem, luctuque animoſior exul
Vouerat vlturum Mauſonius: & mala Regis,
Si bello incolumis latiam veniſſet ad Vrbem,
Funera. nunc Metium dictis irritat amaris,
Quod comitem Rufum miſſo per vulnera ferro
Præcipitans, galeam, raptæque inſignia parmæ,
Tum luna radijs interlucente, ferebat.
Ergo armis, animiſque pares; hic grandior æuo: Duorum fratrum certamen.
Hic vitæ fidens odijs, furijſque paternis,
Martem ineunt. Riguere comæ, ſubitoq. repreſſit
Quiſque recedentes fraterno in vulnere dextras:
Subſiduntque animis iræ, puroſque nocendi
Ictibus obliquis deſcendere molliùs enſes

Miran-

Mirantur, culpamque dolent. At nocte maligna
Ictus tranſuerſo Metius caua tempora ferro
Ad terram incertos demiſit languidus artus.
Emicat, & ducto iugulum mucrone petebat
Pater rogat pro filio. Alter. at exanimo ſimilis, fuſuſque cruenta
Qui ſtabat Cerialis humo, tum forte reuerſis
Viribus attollens oculos labentia vidit,
Agnouitque gemens perituri corpora nati.
Nec potis auxilijs, caſuque impulſus acerbo,
Sic ait: *Heu nato, noſtroque ignoſce dolori,*
Qui me cumque ſimul iugulas. Cerialis (& hoc eſt
Nomine fama vetus) miſerum per ſi quid in hoſte
Aſpicies, oro: geminos ne vulnere cædas:
Me potius, ſi vulnus agis transfige volentem.
Obſtupuit cari ad vocem genitoris, & ora
Nondum nota ferox, fraternaque nomina miles.
Tum ſtetit aſſurgens, propiorq vt ſanguine vultus
Fœdantem agnouit, nec ſaucia membra leuãtem:
Hunc ego te, affatur, *video pater? & tibi quiſquam*
Tam ferus hæc diro defixit vulnera ferro?
Sic mihi qui extinctum memorabat cæde parẽtem,
Heu vera inuoluens, venientia fata canebat,
Vt tandem extremo pereuntem in margine vitæ
Aſpicerem? Infandum, pater ò, dum luce renidẽt,
In tenebris oſtende caput. Quò vulneris author
In noctem periture fugis? Te te aduocat enſis
Vndique perfoſſum, te cuſpis, & impetus haſtæ,
Crudelis; totoſque vomes ſcelerate per artus
Infœlicem animam, multaque in cæde natantem.
At Metius contra, quem mors, quem cura parẽtis
Mordet adhuc: lacrymæ tum fratris, & ira minãtis,
Aduertens triſtes oculos, ſic ore ſequutus.

Vulne-

Vulneris author adeſt, ferrũ germane, quod optas,
Accipe: vulnus ego, quamquam ſine crimine fixi.
Me pete. SOLA *pium poſcunt hæc vulnera fratrem,*
Cognataſque manus. debes patrique, tibique,
Me quæ digna manent: genitori ego ſanguine ſoluã
Funera, ſiue meo referam de funere vitam.
Audierat, geminoque accenſus pectora luctu,
Heu quid depoſitis ageret Mauſonius armis?
Ocyor ad fratrem, namque hic releuatus arena
Surgebat, cupidè accurrens dat brachia collo,
Solaturque virum, ſecumque in caſtra parentem
Flauia ferre iubet. ſubeunt, humeroſque ferendo
Accingunt oneri; ſed ſpiritus ægra regebat
Membra ſenis, gelidos & pulſat anhelitus artus.
Ecce cohors Superũ, tenues quæ fugerat auras,
Viſa iterum ſublimis equis volitare per agros.
Tum ſtetit. inde manu Dux cũ demitteret haſtam,
Attactu medicans, cæleſti & cuſpide vulnus,
Natorum pietas, tuque ò digniſsime natis
Viue pijs, dixit, *Cerialis, & vltima vitæ*
Tempora deuotus Superis decurre ſecundis.
Sic ait, ablatuſque fuga, ſocijſque ſequutis
Deſerit. infuſæ rediere in pectora vires,
Inſolituſque vigor viridi ceu permeat æuo
Membra attollentem, & natorũ in colla ruentem;
Gaudia dant lacrymas, longiſq. amplexibus hęręt.
Interea totis pereunt Maxentia campis
Agmina, nec fortem cohibes iam Romule Verum,
Præcipitem quin vertat equũ; dein curſibus æquas
Currentem, ſerues perituro vt regna parenti,
Maiorempue feras renouata in prælia molem.
Fulminat à tergo miles: tum Criſpus, & vna
Incu-

Incubat Artemius trepidis: Ablauius vnà:
Vnà ingens premit Aſcaricus, & vndique ferro
Innumera oppletis ſternuntur corpora terris.
Nec læuum iupere latus, quæ duxerat arma
Ruricius. Tuque auſoniæ fortiſſime gentis
Occidis. Ingentem contorſerat Amalus haſtam,
Percuſſitque latus, ſed comminus enſe furentem
Tranſadigit, ſtygiaſq. fugat Fermandus ad vmbras.
Tecum extincta ſalus. Italûmque obſiſtere gentes
Te moriente nefas: ſpes omnis, & vltima Tibris
Dextra cadit. Sed fida refers ſolatia mortis,
Ignea quòd Cæſar criſpantem fulgura pubem
Duxit, & armatos tua cœlo in funera Diuos.
Dux adeo Superum, nitidis præuectus in armis
Cœlicolumq. manus, quà Conſtantinus in hoſtem
Inuehitur profugum, mixtim ſe ſe agmine denſo
Circumfuſa locat. Spirantes lumina vultus,
Crinitumque alto miratur vertice ſydus
Flauius. at vinctus crines Dux igne micantes,
Quæ mora, Cæſar, ait? *Pauidũ ſine, miles in hoſtem*
Irruat; intutam propera tu victor ad vrbem.
Nos tibi ferratos deiecto cardine poſtes
Fregimus, & patulos paſcunt incendia muros.
Huc celera: ſubito medias penetrabis in arces,
Dum nos ſydereis te circumfundimur armis,
Et viles pallent animæ, neque cernitur hoſtis.
Dixerat. aſt humili Cæſar pius annuit ore.
Illi iter accelerant, ſubeuntque ad mœnia portis,
Quà tulit haſta faces: nec miſſa extinguere ciues,
Poſtibus haud vlli potuere incendia fontes.
In Panegyr. ad Conſt. Ingreditur Cæſar, Superiſque volentibus, omnes
Deficiunt iræ, & dominum Verona ſalutat.

CON-

CONSTANTINI
LIBER II.

ARGVMENTVM.

Conſtantinus Veronam ingreſſus cum futurum Romæ triumphum, Chriſtiano ritu Baptiſmum, aliaque per ſomnium vidiſſet, præmiſſo Legato, iter ad Vrbem imperat. interim Maxentius Circenſes inter ludos, fœdis primùm prodigijs, deinde certatorum palmis, poſtremo populari fama Veronenſis victoriæ nullo certo auctore vulgata, vexatur, conſternaturque.

FAma tulit voces vt cæca in bella ſecundas,
Veronam patuiſſe Duci: ſe protinus omnes
Extimulant acies, vrbemque intrare patentem,
Auguſtumque ſequi properant. Venere frequentes
Ductores: tum nota ferunt vexilla cohortes;
Et iam cæſareos denſi cinxere penates.
At parci miſeris Cæſar, ciueſque leuari
Vulnifico terrore iubet: magnumque repoſcit
Intra tecta Ducem, iaculatus fulmine muros
Qui modò caſuram flammis patefecerat Vrbem.

Sed nullus ſpectaſſe virum: neque nuncius vllas
Aduenisse refert alta ad prætoria turmas.
Agnouit cœleſte agmen, pronuſque cadenſque
Ad terram, & pauido depromens pectore votum:
O quiſquis Diuûm, memorat, *mihi fida coruſcas*
Fulmina, deponenſque humeris fulgentibus alas,
Arma geris, nullos violabilis arma per enſes,
Atque inclinato Superos deducis olympo:
Quid famulum victor venerantẽ, & dona ferẽtem
Deſeris? ignota tu ludis imagine noctem,
Mutuaque aduerſas perimis per vulnera gentes.
Per te parta ſalus, fragili cui dextera bello
Armipotens, toto pugnant cui ſydera cœlo.
An non ſic ſuperis exercitus aſtitit armis?
Gallica Duxque duces in prælia victor agebas?
Auſpicijs fœcunda tuis certamina palmas,
Hoſtis & irriguo fortunant ſanguine lauros:
Salue ingens Fidei cuſtos, clariſsime Diuûm,
Diue auctor vitæ, & vindex pietatis, & auſpex.
Tu victa quodcumque offers, decus accipe pugnæ,
Nam refero, mentemque ſacro. Sic fatus adorat,
Spemque capit, rebuſque parat ventura peractis.
Interea, quoniam liquido cunctatus in ortu
Lucifer auroram nondum iubet ire ſequentem,
Aſtraque adhuc verſant faciles vigilantia ſomnos:
Cæſar in extremam declinat lumina noctem,
Tarda ſoporatis referens ſolatia membris.
Somnium Conſtantini. Ecce autem viſus Romanæ ad mœnia gentis
Ante Baptiſmum verè in quiete Ss. Apoſtoli Petrus & Paulus apparue. Ipſe triumphalem portis inferre coronam,
Ibant laurigeri proceres, trabeataque longè
Agmina, captiuæque manus, mileſque decoris
Frondibus; implēturque nouo iuga cōcita plauſu.

Perque

Perque vias expirat odor, floreſque per auras
Sparguntur, calathis ac depluit imber odoris.
Inuehitur crines tum daphnide cinctus ouanti
Quadriiugis ipſe altus equis: nec laurea frontis
Miſſa Ioui, ſtygijque ſinu compoſta metalli;
Sed Vaticani ad cinerem ſacrata ſepulchri.

runt, vt Breuiarij preces.

Triumphus Conſtantini. Vide lib. 12. in fine.

Inde videbatur populos pallentibus alis
Plangere morbus atrox, peſtemq. afflare nocētem,
Defectis atque æger aquis langueſcere Tibris.
Ipſe autem ſcabie, & cruſtis fœdata niuoſis
Ora, coloratos maculoſus & aſperat artus.
At parte ex alia puerorum examina cernit
Lethiferam lugere diem, paſſimque gementes
Heu moritura ſuper natorum corpora matres.
Fons iuxta vacuis ſitiebat flumina labris,
Flumina ſed calidos deſpumatura cruores:
Et rubicunda vocant medicatos balnea fluctus.
Miratur viſu attonitus, quòd mortis imago
Arenti ſtat nuda lacu: quod lurida puro
Oſſa lauaturos expectat ſanguine riuos,
Immanemque rotat violenta in vulnera falcem:
Atque horret gladios agmen puerile minantes.
Hæc inter paſsis matres in terga capillis
Oraque inundantes lacrymis, genibuſque volutas
Cernebat duplices ad ſe ſe extendere palmas
Cæſar, & elatis gemitus adiungere votis.
Aſpectu indoluit miſero, ſomniſque laborans
In medijs, ruptas fundebat pectore voces.
Talis ego? tam cædis egens? exempla Neronum
Flauius iſta furor mundo execrata reuoluat?
Meque infanda manet ſcelerati inſania facti?
Lethifer ah potius mihi pectora torreat ardor:

Cōſtantinus laborat lepra

Balneum è ſanguine puerorum.

Quod reſpuit Conſtant.

Virus

Virus inexpleti potius furiale chelidri,
Et rabidos morſus, flammataque viſcera paſcam:
Ante repercuſſum iaculantis fulmine dextræ
Me me vorticibus Phlegeton demergat auernis.
Ite procul, duraſque necis deponite curas,
Cæſareis ornate ſinu pendentia matres
Pignora muneribus. viuant, nec ſanguine primo
Oſtia ſurgentis rubeant lactentia vitæ.
Hæc ſomno eloquitur tacitus: nec parcius ira
Æſtuat, & calido manabat corpore ſudor,
Strataque currenti compleuerat aurea riuo.
Interea magis augeri ſub pectore languor,
Nec medicas fugitiua ſalus remeare per artes.
Donaque cernebat pauidos effundere ciues
Delubris Diuûm, & pronos altaribus altis
Ire patres, faſceſque ducum: gentemque togatam
Inſtaurare preces, ludoſque indicere ſacris;
Turpat membra magis rigidæ inclementia peſtis.
Sollicito hæc inter magni Soractis imago
Viſa Duci ſummas in cœlum tollere cautes,
Syderibuſque pari conferre cacumina dorſo.
Hic vbi deſertis Præſul romanus in antris
Inuiſos profugus ſoles Syluester agebat:
Fœtibus & nemorum Pater, & ſylueſtribus herbis
Ignotus vitam in lacrymis, luctuque trahebat:
Et miſeranda ſuæ plorabat crimina Romæ.
Viſus & ille potens geminas, quibus ima coërcet
Regna, quibus terras, cœlique attemperat orbes,
Tollere ad aſtra manus. vultus aduertit olympo
Omnipotens:capiuntque preces,Superiq. vaporis
Inſtar odorati referunt, & dona reportant,
Larga Deus pleno quæ fundit ab æthere dona.
Vox

Vox quoque perſonuit liquidas emiſſa per auras:
Hinc Cæſar tibi parta ſalus. maculoſa reſoluet
Corpora romuleus Præſul, quem clauſa recondunt
Antra iugi. Reuoca in ſolium, colleſque latinos,
Et ſequere orantem pius, & diuina monentem.
Has audit Cæſar per læta inſomnia voces.
Nec mora. delectos, rigido qui monte reducant
Pontificem, mensin placidos operata ſopores
Imperat ire viros,rerumque in imagine ludit;
Somnus & ire ſuã Sylueſtrum monſtrat ad Vrbem.

Marginat extremam Romæ decliuibus oram — Palatium Conſtantini in Laterano
Mœnibus, auroram contra, claruſque ſalutat
Naſcentis Lateranus apex cunabula ſolis:
Et latus humenti nebuloſum verberat auſtro.
Stant vbi ſublimes tectis regalibus ædes,
Et ſtabili aſſurgunt auguſta palatia ſaxo.
Vaſta patent, ſectiſq. Phrygum de rupe coronant
Atria millenis ſe circumducta columnis:
Immaneſque aulæ ſolido laqueata metallo
Culmina ſuſpendunt: trabibuſq. inſertus eburnis
Fulgor, & è cameris ardet radiantibus aurum.
Ipſa volubilibus ſtellis cœnacula cœlo — Cœnationes verſatiles.
Æmula verſantur roſeis vberrima nimbis;
Parietibuſque ſuos miſcent peregrina colores
Marmora, compoſitis interlucentia gemmis.
Nec modo terga niger,maculaſq.niuoſus achates
Aut nebuloſus onyx, ſpiriſque illuſus ophites
Scinditur in cruſtas, tabuliſque tenacibus ambit:
Saxea ſed totis calcantur fragmina glebis,
Liminaque & poſtes gaudent animare ſuperbos.
At tepefacta bibunt clauſos quà balnea fontes,
Argento labuntur aquæ, poſitoue quieſcunt

Murmure cognatis argentea flumina labris:
Septaq. alũt iuxta, atque opibus florẽtibus hortos.
Quod poſtea Pontificum fuit.
Iamque ſuos Cæſar veneratum intrare penates
Pontificem, populiſque videt dare iura Latinis,
Et ſedem Patribus, ſe concedente futuris.
Hic quoque cõpoſitis cernit ſacra tecta columnis
Templum in quo baptizatus eſt Conſtantinus.
Extrema iam parte domus: vbi ſydere veſper
Afflat inauratum tereti curuamine templum.
Vnda tenet medium, ſalientis in æthera fontis
Primæuæ concepta lauans contagia culpæ.
Baptiſmus Conſtantini.
At parte ex alia egreſſus penetralibus altis
Structa videbatur delubra intrare Sacerdos
Tergeminam Sylueſter agens in fronte coronam;
Cui niueo criſpata ſuper velamina lino,
Carbaſeoſque adducta ſinus grauis emicat auro
Veſtis, & eoãs intexit ſtamine gemmas:
Albentique Patres circum velantur amictu.
Ille vbi ſucceſsit templo, ſtratoque rubentem
Murice preſsit humum, votumq. exſoluit ad aras;
Miratur ſe ſe liquidas deſcendere in vndas,
Luſtralique comas perfundi flumine Cæſar,
Et ſacra romani data verba Antiſtitis ore.
Fit ſanus ex morbo Conſtantin.
Tum vero informes, maculis cedentibus, artus
Excuſſere niues: cœlo tum lapſa ſereno
Agmina, & inſuetas volitare per aëra formas
Lætitiæ, Fideique videt: quam ſedula greſſu
Relligio, & blando comitatur Gratia vultu.
Ipſa catenato lacrymans incedere tergo
Viſa Superſtitio, ſæuiſque innexa colubris
Ingemere extinctos tædis fumantibus ignes.
Hæc adeò in ſomnis Cæſar dum ſingula voluit,
Obtulit ignotis iterum viſenda figuris

Solli-

Sollicitus ſimulacra ſopor, monuitque videntem.
Spectabat (mirum) geminis vt molibus ingens
Hinc Vaticanus tegeret faſtigia collis,
Hinc zephyros cœlo quateret Lateranus aperto. Baſilicæ ſtructæ à Conſt.
Stabant innumeris immania templa columnis,
Et ſummo trepidas pulſabant culmine nubes;
Miraturque fores populis vndare coactis,
Et reſonare modis Cæſar delubra canoris.
Ecce iterum niueas incedere Præſul ad aras
Cernitur, & liquido perfundere marmor oliuo, Conſecratio Baſilicarum.
Et Labari ſignare Cruces, & ſpargere lymphas.
Nec mora, flammiferis Dux formidatus in armis
Qui modò nocturnũ tremefecit fulmine Martem,
Viſus adeſſe thoro. galea non ille comanti,
Non haſta, clypeoque minax: ſed qualis in vrbes
Vota inſtaurantes placidis illabitur alis.
Quippe comam pendere dabat per colla fluentem,
Atque auris vndare leuem: ſed mobilis auras
Luce ſuperfuſi, noctemque illuminat auri.
Veſtis membra decet ſupero iuuenilia cultu:
Quæ lucem ſaturata bibit, radiataque ſolem
Spirat, & intextis diſcreta incenditur aſtris:
Zonaque ſtelliferis aſtringit lucida nodis.
At manibus calamum præfert: vbi linea ſigno Decempeda muralis.
Multiplici modulos diſcriminat æqua minores,
Partitæque notans velut internodia lucis,
Monſtrat dimenſos aurata decempeda fines.
Ille vbi ſe lecto propior, læto ore videndum
Obtulit: *Extructas*, inquit, *procul aſpicis ædes?*
Templaque, ſydereo ſtatues quæ maxima Regi?
Ipſe ego te, memorans per facta latentia ducam,
Et retegens ventura, ſopor quæ tecta figurat.

Quid te romani penſantem inſana Tyranni
Prælia ſollicitant? viciſti; incumbere faſces
In te Romulei properant: tibi regna parantes
Flauia cœlicolæ veniunt ad claſsica turmæ.
Ergo animi faciles huc præſcius adÿce curas.
Romanam curru domitor cum preſſeris Vrbem,
Solue memor magnis referens ſua munera Diuis.
Munera', cerno equidē, ſeros referenda per annos,
Et neglecta tuæ differs monimenta ſalutis.
At venient. fruſtra renuentem, & longà morãtem
Albidus infeſto proſternet corpore languor,
Et macie infames, morbiſque tenacibus artus.
Tunc tibi ſacrorum Princeps accitus ab antris
Abluet immitem vitali flumine peſtem,
Ante immerſa lauans temeratæ crimina vitæ.
Hinc iam perpetuis decurrere tempora ſacris
Auguſtamque Crucem, Diuoſq. ad templa vocari
Annuit Omnipotens. At quæ tu marmore templa,
Argentoque, auroque aras, gemmiſque locabis;
Hæc contra non ferri acies, non impetus æui,
Meta recurrentes non audeat vlla per annos.
Cerne, loci ſe quanta aperit, diuulſaque vaſto
Circuitu immenſis infunditur area muris.
Quam modo cœleſtis metitur arundinis aurum.
Cœlius en collis templo ſubit. vſta columnas
Cui durat ſtabiles Libye, lapidemque colorat:
Aut lacedæmonium venis viridantibus antrum.
Par ea materies operi; quæ tollit in auras
Se quinque immanem ſcindẽtem partibus ædem.
At medÿs ſpatÿs, & quà teſtudo recuruum
Obliquat mediana caput, laquearibus altis
Aurea pendentis fulgent confinia tecti.

Quorum celebritatem, perẽnis, memoria, & laudataq; religio Cõſtantini perpetuò teſtabitur.

Baſilica Lateranẽſis in Cœlio mõte.

Diuiſam in quinque Naues. vt aiunt.

Huc

Huc quoque conuectis aduoluitur hoſpita ſaxis
Seu niuibus, ſeu ſparſa croco ſeu murice cautes,
Gemmanteſque rigent cruſtis bicoloribus aræ.
Tuque pares operum ſedes, & regia templa Baſilica S. Petri in Vaticano.
Vaticane feres: iuſsis vnde ardua ſacris
Petrus iura ferat, romanaque ſoſpitet arua.
Hic autem egeſtis & tu ſpectandus arenis
Conſtantine manu, pauidas qua percutis vrbes,
Fundamenta loco ſtatues, molemque locabis,
Aeternantem aras, doniſque auroque micantem.
Quin etiam latios Tiberis quà flumine campos
Stringit, & audaci decurrit ad æquora fluctu, Baſilica S. Pauli.
Compones, Paulo ſedes adeunte, perennes.
Quaque ſepulchrales vltra, Veranus in ortum, Templum S. Laurentij.
Eſquilias ſe pandit ager, vitalibus antris
Impoſitam propior viſet Laurentius ædem:
Et qua Viminea collis trans mœnia portæ
Haud procul aſpectat ripas Aniene tumentes, Templum S. Agnetis.
Candida gaudebit niueis altaribus Agnes.
Grandiaque innumeris conſumes ſaxa columnis, Ad extruenda varia templa.
Diſce poteſtates iam nunc, & nomina Diuùm,
Templa quibus condes, quos tu conabere ſanctis
Conciliare ſacris. Paulus terraque, marique
Inſonuit Fidei tubicen, vectoque per orbem
Ipſe pererratas luſtrauit Numine gentes,
Cæſaque Romanæ ſubiecit colla ſecuri.
At Petrus æterni dum ſceptra vicaria regis
Geſtat, & aſtra manu, terraſq. & auerna coërcet.
Fixa Crucis verſo ſacrauit corpora ligno.
Torridus illuſit crates, patrioſque beata
Fronde triumphalis Laurentius ornat Iberos.
Virgineis Agnes niuibus quæ miſcuit ignes,

Lactea Romuleas intermicat vna puellas.
Templa, per artificē ſpectas quibus ardua ſomnum
Alia Templa à Conſtant. condita. *Surgere, mox condes auctor: numeroſaq. paſſim*
Seu Diuis, ſua vel pones delubra Tonanti.
Surge age, tempus adeſt venturis cedere ſacris:
Relligio iam bella iubet: mirabere victor
Quam fera mutantem ſtudijs pacalibus arma.
Sic ait: & multa in noctem ſe luce recondit.
At ſomno excutitur Cæſar, ſtimuliſque coactus,
Afflatuſque Deo, fugientem voce repoſcit
Cœlicolam, cœptumque ardens euertere bellum,
Structaque adoratos ad limina ducere Diuos.
Inde ait: *O noſtris ſuperos qui cordibus ignes*
Conjcis. adde faces, mentemq. effinge calentem,
Flagrantemque tuos iterum depaſce per aſtus,
Vt vetitis flammas aris extinguat auernas.
Thura quis incendet monſtris? quis vana Deorum
Nomina? Quis ſurdis venerabitur ora metallis?
Victor ego peritura teram, templiſque vetabo
Stare ſuis. opus intereà dum diſtinet armis
Sæua dies, ſtantem voueo iam pectoris aram,
Et placitura Deo caſtæ penetralia mentis.
Dixerat, accingitque operi, ſanctæque capeſſat
Vt fidei leges, extrema pericula belli,
Romanique parat faſces abolere Tyranni.
Iamque reſurgebat, noctemq. aurora cadentem
Præcipitarat aquis, tutumque recluſerat auris
Solis iter, luciſque horas vrgebat euntes.
Continuo ad Regem, diſcretis ordine turmis
Conuenere Duces: illi magis æſtuat imo
Pectore, corque ferit cura implacata ſacrorum.
Ergo viros inter Legatum protinus omnes
Deſti-

Deſtinat in Latium. trepidos, fractoſque ruina
Stat tentare animos hoſtis, vireſque labantes,
Nutantemque fidem, pronoſque impellere ſenſus.
Extemplo Artemius tiberinam mittitur Vrbem,
Vltima caſurum qui iuſſa audire Tyrannum,
Et male nitentem ſceptris, ignoſcere vitæ,
Ac letho miſeros moneat ſubducere ciues.
Quin etiam motis velociter agmina caſtris
Ire iubet: *Pugnas,* inquit, *procul Vrbe morantes*
Nequicquam ſerimus, vincendo & inutile bellum
Spargimus. obſtructas ſatis eſt ꝙ rupimus Alpes:
Cuncta quod inſubribus patuerũt oppida campis;
Et noua cænomanis ornatur laurea ſertis:
Fracta dolet tumido quod pridem cornua vultũ
Eridanus, domitaſque inclinat ab aggere valles.
Alea nos ſuprema vocat. nunc Marte latino
Victores Vrbem dominam, belliquepotentem
Quærite. clauſa trucis ſedes latebroſa Tyranni
Accipiet noſtras fato meliore ſecures.
Dixit, & ardentes flagrantibus ingerit æſtus,
Irarumque graues furibunda in pectora moles
Aggerat. Haud aliter maſſam fornace rubentem
Rurſus anhelantes opifex immergit in ignes
Candentemque coquit; ſiue vt percuſſa figuret
Pondera, & indomitum doceat lenteſcere ferrum;
Siue liquefactis vt mollia ſigna metallis
Ducat, & antiquos ſpirent ſimulacra parentes.
Ecce autem ſubito regalia tecta tumultu
Vrbani denſa iuuenes ſubiere corona,
Affatuſque petunt, auguſtaque Cæſaris ora.
Porſenus ante alios, qui prodigiale loquutam
Nocturnis tenebris, fugiens expauerat vmbram,

Sed mox roriferæ ſub aperta roſaria lucis
Duxerat armatos ad Mauſolea maniplos,
Condita quo præceps deiecerat oſſa cadauer.
Tum collecta cohors aditus patefecerat imos
Regalis noctem tumuli ſcrutata profundam.
Aſt ibi compoſiti exuuias, cineſactaque Regis
Corpora marmoreis celauerat arca latebris,
Nuda coronali qui tempora cinxerat auro:
Quodque iacet iuxta, ſceptro Crux alta coruſcat.
Extemplò horrificam viſa ſub imagine formam
Porſenus agnouit: memorique in marmore nomen
Spectat ab hetruſca venientis origine Regis.
Nec mora. Conſumptæ rapiunt diademata frontis
Sceptraq. conſertamq. Crucem: tum ſaxa reuellunt
Læuia, vbi quondam mandata oracula priſcis
Viuebant adoperta notis, ac regna canebant
Flauia. Quippe olim ſolymi cum clara Sionis
Regna procul gererent Ieſſæo è ſanguine Reges,
Et noua tyrrhenæ firmaſſent fœdera genti;
Præſcius hetruſcam vates Hebræus ad vrbem
Vſque paleſtinis oracula miſit ab oris,
Venturoſque Crucis quõdam per ſigna triumphos,
Cæſaris & ſculptas ſignauit marmore palmas.
Ergò cauis ciues egreſsi, & miles opacis
Maturabat iter, ſpolijſque potitus apertas
Intrabatque fores, auguſtaque tecta tenebat.
Vt coram ingreſsi, & ſolio ſe Cæſar ab alto
Sublimem, medioque Ducum ſtipante Senatu
Obtulit, effarique iubet; tum pondera monſtrat
Porſenus antiquis tumuli defoſſa cauernis,
Errantemque animam cæcis narrabat in vmbris.
Hoc, inquit, *ſceptro pauidos Crux ardua manes*
Terruit,

Nonnullis etiam Gentilibus olim notum fuit, Crucem ſignũ eſſe ſalutis, vt probãt qui ſcribunt de Cruce.

Terruit, ac Regem, caliganteſque ſepulchri
Clarauit tenebras, medio nitidiſsima cœlo
Quæ tibi venturas ſignauit lumine lauros.
Hoc & iura dabat, noſtras cum conderet arces
Tyrrhenus Princeps: capitiſque inſigne gerebat,
Quod damus, ac tumuli pallentibus intulit antris.
Ille tuos Cæſar iam tum ſpectabat honores,
Tuſcus honor, quondã noſtri quoque ſanguinis au-
Fauſtaque manſuro relegebat prælia ſaxo. (ctor,
Cernis, vt effoſſus præſago funera verſu
Deſignat Tiberina lapis? victricia longe
Vt noſtro vexilla Crucis prænunciat æuo?
Nominaque ingentes voluentem Flauia Tibrim?
I, deſignato quo te certiſsima curſu
Arma vocant. dominos venerabitur obuia faſces
Roma: tuas veluti celebrat Verona curules,
Maxenti imperia, & fraudes exuta nocentes.
Interea Latios ne dedignare colonos,
Flauiaque æternis ponentes tempora faſtis.
Mœnibus ante ruet ferroque, ignique ſepultis,
Quam Verona tuos cœlo non æquet honores.
Ipſe equidem bello iam fortunatior arma
Imperijs tractabo tuis: nec frigida ferro
Dextera victrices educet ſanguine palmas.
Sic effatus, humo Regem prolapſus adorat
Tum ſequitur comitata cohors: nec Cæſar amoris
Abnuit obſequia, & ciues ſibi dona ferentes:
Munera tum relegens oculis, ſuper omnia luſtrat
Inſcriptos lapides, atque aurea ſerta coronæ:
Attollenſq. Crucem Regis per ſceptra micantem,
Accipio, dixit, *Iuuenes, arentibus antris*
Quæ mihi legiſtis venturæ pignora laurus.

Victori

Victori cœlum ſigna extulit: æmula tellus
Signa recondebat magnæ Crucis. Vndique noſtris
Auxilio aſpirant Superique, homineſq. triumphis.
Vos adeo conferte manus: tu clarus in omnes
Edite regali qui voluis origine nomen,
Iam meus es, Latium tyrrhenis conſere palmis.
Sic ait. impellitque animos in bella ruentes.
Agmina tum cogi, & motis iter imperat armis,
Belligeramquè rapit Romana ad mœnia gentem.
Rector at auſoniæ Martem non ſegnior aulæ
Inſtruit, & dubiam Maxentius obſtruit Vrbem,
Vndantique mouens armatum gurgite Tibrim.
At Veroneſis dubia formidine pugnæ
Saucius arcanas alit in ſua vulnera curas,
Et lacer aſsiduo depaſcit pectora morſu.
Nec dum fama recens nocturnæ nuncia cladis
Impulerat pennas Latio trepidante minaces:
Flauia ſigna timent, nec dum viciſſe loquuntur.
Venerat orta dies plaudentibus obuia ludis:
Et campi aligeros reuocans in aperta iugales
Puluere conuerſis currus agitabat habenis.
Protinus ancipites curarum vt frangeret æſtus,
Ipſe Palatina deſcenderat arce Tyrannus
Spectaturus equos auido procul axe volantes.
Illi autem diræ ſcelerum, ſæuuſque pererrat
Ora furor, cæcumque nefas: vallata minarum
Turbine collectas frons nubila depluit iras,
Inſidiaſque doloſque, atque implacata recondit
Vulnera: liueſcunt oculis crudelibus ignes,
Triſtiaque expirant populorum in funera flãmas.
At rigidus pallore genas, pulſuque flagellat
Corda pauor: rabies vna, violenſque libido,

Cædis

Cædis & atra fames, ſitis & furibunda cruoris.
Ergo ferox caueam innehitur, ludiſque futuris:
Sublimi & clauſum podio ſtatione coronat,
Ac denſis legio Prætoria fulgurat haſtis.
Iamque expectatæ populus Circenſia pompæ
Signa vocat, tardoſque inhiat clamore iugales. Ludi Circēſes.
Ecce autem ſubito ſtridens aquilone ſerenum
Rupit turbo diem, gelidique à vertice mundi Fœda prodigia terrent populum, & Maxentium.
Planxit auentinam reuoluto murmure vallem.
Candida marmoreo ſtabat Victoria vultu,
Atque alas medio pandens altiſsima Circo
Signabat parium calamis fœlicibus orbem.
Hanc vbi percuſsit, fremituque adiuta procella
Impulit; ereptam veteri de ſede reuellit,
Affixitque ſolo, mediaque immerſit arena.
At primo tremefacta metu tenuere Quirites
Ora: ſed ingenti mox infremuere tumultu,
Teſtatique ſuos, agitant ſermone pauores
Principis. Ille ratus vinci borealibus armis,
Conſtantine tuos tacitus voluebat honores;
Spem tamen aſſimulat, vultumq. metumq. colorat.
Ecce iterum puro per candida nubila cœlo
Intonuit, gelidoque eliſum flamine fulmen
Perculit igne forum; veteris qua forte coloſsi
Abſtulerat cinctum radijs caput: & ſua trunco
Marmore ſublimis Maxentius extulit ora.
Tacta bibit flammas, magnaque euulſa ruina
Tarpeiam moles conſtrauit pondere vallem,
Nutanteſque iugo Romæ fragor impulit arces.
Tum vero vt patuit ſtrages, populique per aures
Rurſus fulmen ijt, iaculis ſenſere triſulcis
Expirare trucem per ſaxa cadentia Regem,
Atque

Atque ardere grauis ſceptrum exitiale Tyranni.

Ex Dionyſ. Halicarnaſs. lib. 8.

Sed Circo iam pompa ſubit: iamq. agmine læto
Apparent, campumq. ineunt Romana iuuentus.
Quotquot alit magnam in gentẽ ſpes ardua Romę,
Imperioque, togæque pares, belloque futuros,

Iuuenes ducunt pōpam in ludis.

Incedunt, patriumq. audent præuertere Martem;
Arrident ſoboli, plauſumque dedere parentes.
Hi ſolidos auro frenos moderantur equorum,

Primùm Equites.

Et teneros ornant armis fulgentibus artus.
Omnibus auriferas attollit caſsida criſtas:
Plumaque mordenti colludens molliter euro
Nutat, & ancipites confundit mixta colores.
Inſidet ira latus, cui baltheus alligat enſem,
Gemmiferum capulis enſem: præfixa relucent
Spicula inaurato manibus cortynia ferro:
Oſtrinæque ſimul chlamydes, auroque rigentes
Irradiant gemmis tunicæ: per colla renident,
Pectoraque, eois contexta monilia baccis.
Bis denas adeò tendunt in cornua turmas,
Aere cauo, & curſu alipedum fremituq. ſonantes.

Deinde pedites.

At Iuuenes aciem totidem formare pedeſtrem
Aſſueti, & ſtabili legione obducere campum.
Pila quibus, clypeiq. manu: quibus ardua frontem
Obnubit galea, & rutilas vomit aurea criſtas:
Arma tegunt habiles ſagulis breuioribus artus.
Comminus hi conferre pedem, diſpergere cladem
Eminus; implicitos aut centuriare maniplos,
Aut laxas denſare, arctas laxare cohortes,
Et ſinuare fugam, tergoque inſtare trementi
Diſcunt, & profugum reuocare in prælia Martem.
Pone ſequebatur varioſque auriga colores
Iactat, & oppoſito primum depugnat amictu.

Cæru-

Cærulus autumnũ : praſinus ver:candidus albam
Cingit veſte hyemem:rufuſque æſtate rubeſcit:
Quadrijugos,bijugoſuè regens in puluere currus,
Vnius aut frenos moderatus ab axe iugalis.

Bigarij, & Quadrigarij, quorũ quatuor, veſte cęrulea, viridi, candida, rubra; factiones.

Tum nudi incedunt pugiles, cæſtuque minantur
Ferrato, & duræ componunt membra paleſtræ.
Hinc tenet arua chorus ſaltator,& agmine terno
Pulſat humũ. dextrã breuis omnibus haſta fatigat,
Stringit ſidonio medicatam ſanguine pallam
Baltheus. oſtentat galeam pars fronte comantem:
Iunior ærato pars pondere liberat ora;
Ante leuis graditur; ſaltuſque chorique magiſter
Exilit ad numerum, ſe ſeque per aëra verſat,
Lubricus & ſummas vix dum pede lambit arenas;
Argutas iactatquè manus, voluenſque loquaces
Hinc atque hinc oculos, & mollia corpora flexu
Saltantum celeri vertigine temperat orbem.
Nec minus agreſtes Fauni, Satyrique bicornes
Pone mouent thyaſos, ſolitique inuertere ludo
Seria, venantur faciles per ludicra riſus.
Pellibus hirſutis hi ſcortea cingere terga,
Et picturato redimicula texere flore;
Ac ſertis vmbrare comas. Pars nebrida collo
Et deſcendentes humeris componere villos,
Caprigenaſque aptare genas, rictuſque ferinos:
Interque horrificas erumpere cornua ſetas.

Chorus Satyrorum.

Damæ, ſeu Cerui pellis.

Iam citharæ neruos, plectroque canentia fila
Vocaleſque agitare modos choraliſtria certat
Turba virum: voces numeris, buxoque canora
Tibia, & ære tubæ reſonant: inflataque cantum
Curua metallifero modulantur cornua flexu.
Inde vaporatus odor expiratur acerris,

Fidicines, & Tibicines.

Suffitus in ſacris faciendis.

Thuris & accenſo nubes glomerantur in auro.
Tum quoque ſupremæ procedere fercula pompæ,
Ac thenſis ſacrata vehi ſimulacra coruſcis.

Currus cum Deorum, Diuorum que ſimulacris.

Iam primos ſublime regens Victoria currus
Intulerat; ſed mota diu trepidantibus alis
Ipſa quoque effractos iacuit reſupina per axes.
Inde alia inducunt loris carpenta Deorum,

Et clarorum virorum.

Sublimeſque virûm referentia marmora vultus:
Patricioque regit delectus in ordine Princeps.
At qui curſus agit minitantem prælia Martem
Cæſareos ſtetit ante pedes: defixaque terræ,
Magnarumque immota manet flexura rotarum.
Tum rimis dat ſponte locum, cuneiſque reductis
Soluitur, & fracto procumbit machina ſaxo.
Quid mihi Martis, ait Maxentius, *aſpera lapſu*
Ora canunt? curruque meos num victus adorat
Ille pedes, hoſtis validis an frangitur armis?
Quidquid erit, nunc ludus eat. Sic ille timorem
Spemque fouet, præſſoq. ſilet ſecum ore loquutus.

Sacrificium ante ludos.

Et iam tempus erat cæſis de more iuuencis
Stridere accenſos extis fumantibus ignes.
Stabat purpureus trabea, Conſique per aras

Cõſiliorum Deus, qui & Neptunus.

Solemnes Conſul flammis adolebat honores:
Lecta miniſterio properabat ſacra Iuuentus.
Sparguntur puro manibus de flumine fontes:

Dionyſius ibidem.

Et liquidis luſtratur aquis, tauruſque ſuperbit
Quòd caput auratæ religant, & cornua vittæ:
Et ſalſæ circum decurrunt tempora fruges:
Sanguineo damnata luit mox gaudia letho.
Nam graue perſonuit gemina inter cornua ferrum
Vectibus impactis, & adactæ in colla ſecures;
Incidit icta ſolo, mugitque, gemitque recumbens

Victi-

Victima: conueniuntque popæ: tum vulnere largo: Occiſores victimæ.
Infigunt alij cultros, artuſque trementes,
Viſceraque enudant, ſcinduntque calētia mēbra:
Lancibus excipiunt alij, leuibuſque caniſtris,
Luctantes & adhuc venas, animamque latentem
Scrutantur, velluntque manu; tyrrhenus Aruſpex Aruſpicina in ſacrificijs.
Aſpicit interea calido ſpumoſa cruore
Simpula nequicquā, & moriētibus incubat extis, Vas excipiēdo ſanguini.
Si modo viua cauis ſubeant oracula fibris.
Illi fruſta ferunt calathis, & adorea miſcent
Semina: ſacrificos Conſul deponit in ignes, Impubes miniſtri in ſacris.
Vina ſuper fundens: teneris repetita Camillis
Luſtrica nec deſunt biſori modulamina buxo.
Iamque adeo ſacris populorū ante hora litatis,
Æra vocant: ſtimuliſque cient ventura iugales
Præmia. diſcedunt, cameris deuexus opacis
Quà patet immanis duodena per oſtia carcer. Carceres duodecim in circo. vnde mittebantur equi.
Atque fores adituſque tenent; ſed vincta coërcent
Robora, & infeſtis obiecta repagula portis.
Illi autem non ſtare gradu, non parcere frenis,
Et miſcere auidas ſpumis feruentibus iras:
Tranſtraue, ſeu calidis incendere flatibus auras:
Siue flagellatos pedibus diuellere poſtes,
Et fruſtra in palmam curſus agitare morantes.
Aſt vbi mappa dedit reuolutum candida ſignum,
Perſonuitque ſimul tubicen, ſimul ardua totos
Recluſere aditus deiectis oſtia clauſtris, Curſus equorum.
Proſiliunt rapto foribus ſimul axe iugales;
Viderunt, fauſtoque notant clamore Quirites,
Et vidiſſe negant; oculos fugit impetus ardens,
Seque rotaſque fuga velox auriga recondit.
Ille tamen ſtimulat, geminataque ſibilat amens
Verbe-

Verbera. vota præit ſonipes, curſuque prementis
Se magis vrget equi, & currũ volat ante volãtem:
Stridet, & intacto cita præterit orbita campo.

Maxentius aurigis cæruleis fauet, Conſtãtinus praſinis.

Cæruleum ſtudijs Maxenti amplexus apertis
Aurigam tum fortè dabas. tu magne virenti
Conſtantine faues. ſed non immittere habenas
Cærulus, obſtantes non flectere comminus axes,
Haud potis extremis ſe circumducere metis.
Ille notos ſuperat vinci poſt terga dolentes:
Aſſenſuque fauent populi, plauſuque ſequuntur.

Septies curſu luſtrabatur Circus.

Septima reſtabant feſſis ſudata quadrigis
Certatim ſpatia, & reflui labor vltimus orbis:
Albatuſque ſimul rector, tyrioque refulgens
Murice cornipedes vrgent, praſinoque minantur.
Ille autem dubias iam circumflectere metas
Ceperat. Ecce ſubit rapidis auriga quadrigis
Rufus, & anguſtæ compendia quærit arenæ:
Incaſſum, teretique teres rota concita metæ
Hæſit, & alliſu curſum labefacta remiſit.
Albus adeſt: non ille potis cohibere iugales,
Tramitis aut lati ſpatium freniſque retortis
Dexteriora ſequi. leuis axe prehenditur axis,
Impliciti & radijs radij crepuere rotarum.
Mordet equus fuluas, rectorque excuſſus arenas:
It praſinus, celerique irrumpit in oſtia curru:
Murmura auentinas pulſant popularia cautes.
Sic etiam miſſus depugnauere ſecundos,
Sic & ad extremas praſini venere coronas;
Ipſe amens rabie, & ſtudijs ſe torquet amaris
Ingentique iras acuit ſtridore Tyrannus.
Vix ea. cùm vectas vtriuſque ab littore mundi
Imperat ire feras Libyæque, Aſiæque cateruas,
Sangui-

Sanguine & irriguo bibulas turpauit arenas.
Pars adeo infeſti per mutua vulnera dentis,
Pars cecidit iaculis, & adactæ in viſcera cornus
Luctantes animas, aut extraxere gementes.
Fortè auidos caperent mira vt Circenſia ciues,
Nutritos aquilone greges, inuictaque Cæſar
Flauius è patrijs taurorum armenta Britannis
Miſerat, indomitis renouans ludicra iuuencis.
Ille caledonios latebris frondentibus vrſos
Abſtulit: & rapidos antris glaciantibus vros,
Vnà & crinitos ſola per Germana biſontes;
Vt dominæ plauſura daret ſpectacula Romæ.
Ergo vbi puluereo ſteterunt capita ardua Circo,
Nec rabidas aſtare tigres: non bella cientes
Maſſylos tauri metuunt rugire leones;
Protinus intento veniunt in prælia cornu.
At leo marmaricis Rex immanſuetus ab aruis
Infrendens, aliquem vacuo non cedere campo,
Ardet in audentem, ſeſeque exſuſcitat hoſtem,
Saltuque explorat, cauda ſeu verberat iras:
Ille inclinata properat certamina fronte.
Nec mora. fulmineo iaculantem fulgura vultu,
Terrentemque auras tonitru, longeque ferentem
Funera, cornigera figendum cuſpide taurus
Occupat: vngue leo, morſuque, & dentibus hoſtis
Vulnerat, inſanoque fremit ſua damna tumultu.
Sed tamen incaſſum. validis nam cornibus hærens
Iactatur, vaſtumque trahens in viſcera vulnus
Abrupti traiecta dolet confinia cordis:
Spumantemque ſuo labi cum ſanguine vitam.
Victorem vnanimes conclamauere Quirites.
Nec minus immanes vrique, vrſique rapaces

Ramoſique ruunt conferta in bella biſontes,
Non vllo præfixa valent venabula ferro,
Spicula non contrà mauris contorta lacertis,
Horribili non dente tigres: non ſi qua ferarum
Turba recollectis irarum fulminat armis.
Agmina romano regnant Aurelia campo,
Mirantur deſueta geri populuſque patreſquè
Prælia: cur palmas agitet, cur vnica pennas
Flauia circenſi moueat Victoria ludo.

Ecce occulta ſonat, tum vox ſe latior omnes
Explicat in cuneos, caueamque impleuit ouãtem;
Agmina nocturnum viciſſe Aurelia Martem,
Veronamque nouas domini iam condere leges.
Seu mens illa fuit, conceptaque pectore vota
Quiſque loquebatur: ſeu vox incerta ſecundis
Omina forte tulit rumoribus, actaque belli
Vulgabat populus dictis, auctorque latebat:
Seu linquens acies, obitæque nouiſsima pugnæ
Cœlicolum de gente aliquis, longinqua ferebat,
Et vocem latijs intendit nuncius auris.
Ergô omnes ſtudijs referunt concordibus arma,
Flauius obſcuris quæ Rex clarauerat vmbris.
Hic iactat memorans, *periturum Cæſar in hoſtem*
Contulit vt fortes acies, ſtrauitque pauentem,
Cæſaque in extremam Maxentia nomina cladem.
Hi, *domitas Alpes, ſubmiſſaque vertice ſaxa,*
Conualleſque Pado tumidas, bellique feraces:
Victorem, memorant alij, *Mauortis ad Vrbem*
Præcipitare viam. quin & Romana tenentem
Mœnia ſe vidiſſe ferunt, Labarique micantis
Fulgura, & algentem pauido ſub gurgite Tibrim.
His auidas iunxere preces. *Ades inclite Cæſar,*

Tu

Tu ſcelerum vindex, tu ſpes fidiſſima Romæ,
Soſpita lux miſeris, cæciſque infeſta Tyrannis,
Imperijque decus, medijs Pax orta triumphis.
Sēſerat immanis crebreſcere murmura Princeps,
Ignaruſque ſilet; ſed enim cognoſcere cauſas
Sollicitus, voces vbi ſenſit, & vna loquentum
Vota, refert: *Plebs infames meditata fauores*
Quid ſtruit? innumeraq. fremens ceruice tumultus
Hydra coquit? meus ô ceſſas? capita alta tumentis
I miles, reſcinde manu, iunge ignibus ignes,
Monſtra venenato pluſquam lernæa profundo
Merge, vel vre focis, ſpretumque vlciſcere Regem.
Quid mando, iubeouè? quibus? Deuota ſuperſit
Bellua funeribus: ſtat in hoſtem figere primæ
Vulnera certa necis, populi tum buſta ſequentur.
Dixit, & extremis præcidit tempora ludis.

CONSTANTINI LIBER III.

ARGVMENTVM.

Romulus Maxentij filius fugiens ex Veronenſi prælio, ſuorum proditione, deinde amici errore fruſtrà quæritur ad necem. Poſtremo Romæ cum eius mortem fama vulgaſſet, hoſpes, & ignotus à Maxentio patre, qui eum occiſorem filij rebatur eſſe, in rogum eidem filio excitatum inijcitur. Sed periculum euadit.

Militum fugitiuum ex prælio nocturno.

ROmulus interea, poſtquam dilapſa ruebant
Agmina, diſpuleratque trucem victoria Martem;
Præcipiti fugit actus equo, tergoque minantem
Non interruptis auertit curſibus hoſtem.
Ibat Cæſareus iuuenis, partemque ruinæ,
Auxiliumque fugæ fida legione trahebat.
Iamque pari perculſa metu, fugitiuaque cœlo
Quærebat latebras nox, & lacrymantibus aſtris
Abſtulerat flammas, ne circumfuſa iuuarent
Lumina creſcentem per adulta crepuſcnla ſolem.
Tum quoque feſtinat miles decedere notis

Calli-

Callibus, & denſis tacitè ſe condere ſyluis.
Lucus erat iuxtà, piceis quem frondibus ilex,
Altaque cingebant annoſæ brachia quercus,
Non æuo, duræue manus violata ſecuri:
Vndique & innexis virgulta per auia ramis
Saltus inaceſſas defendit ſolibus vmbras.
Ergo viæ feſſus iuuenis, profugæque cohortes
Abdita quærebant languentibus otia membris,
Stratus & ad liquidas requieuit Romulus vndas.
Romulus ſe in tutum receſſum recipit.
Ceu calido ſub ſole iugis agitatus, & aruis,
Siſtit anhelantes fontana ad murmura curſus,
Siue canes, ſeu miſſa timens venabula ceruus,
Ramoſæque lauans in gurgite vulnera frontis.
At nemora ingreſſus properata indagine miles
Explorat; conualle domos ſi fortè paluſtres
Paſtor, & ignotis celaret ruſticus oris.
Nec mora: ad extremi denſiſsima robora ſaltus
Deprendère lares: humilique latentia tecto
Limina venator patriæ tenet incola ſyluæ.
Huc accitus adeſt Cæſar. mox fallere ſolem
Hic placet, hoſtilemque manum; nox altera furuo
Donec aberrantem veſtigia condat amictu.
Iamque humiles intrat poſtes, dominumq ſalutat,
Officia, & pauidos non dedignatus honores.
Ille etiam ſtructæ ſylueſtria munera menſæ,
Impoſuit, baccas oleæ, lapidoſaque corna,
Mellaque, diuitiaſque horti, calathiſque ſalignis
Aurea, purpureos indutaque mala rubores.
Tum prædas nemorũ, & verubus verſata colurnis
Terga gerit leporum, domitique vaporibus armos
Portat apri. gaudet Princeps: vultuque ſereno
Hoſpitis indulget dapibus, tum ſingula libans
Facilitas Principis, & comitas.

Solatur tenui belli mala vulnera cœna,
Et lucis medias frangit ſermonibus horas.
Nec minus, & miles ſylueſtribus arbuta ramis,
Raptaque ab hirſutis nigrantia mora rubetis
Veſcitur, excubijſq domum circumdat,& armis.
Nox aderat,tenebraſque dolis fabricata tegēdis
Sparſerat in terras; ſed enim dum ſcandere tardos
Accelerat currus, taciturna ſilentia tectis
Liquerat,&(mirum)faciles dabat improba voces.
Ergo inter latiam, qui fortis in arma, cohortem,
Syllanus Romulo ſimillimus ætate, ac cultu. Carus & ante alios domino Syllanus agebat,
Feſtinat tacitas cordis depromere curas.
Ille adeo primis ſimul innutritus ab annis,
Romulus alter erat: ſic nota ſimillimus ora,
Sic humeros, bello dextramq. enſemq. gerebat.
At ferus immanes furiarum traxerat ignes,
Inſidiaſque diu compreſſerat ore ſilentes:
Tandem odia, & ſæuas exſoluit vocibus iras,
Proditoris oratio. *Quem ſequimur ſocij? Quæ nos ad funera ducet*
Vana fides? pugnare Deis audemus, & aſtris?
Et lapſum noſtra iuuenem fulcire ruina?
QVEM vis dira ferit, fugias. Tibi deſtinat ictum,
Si prope caſuro tentas comes ire Tyranno.
EST miſerum miſeris incumbere: frangitur vnà
Qui nitens fragili credit ſua corpora culmo.
Iuppiter in Dominum ſtridet: non fulmina vitem?
Non caput arſuro properem ſubducere telo?
Experti luimus pœnas, totieſque cadendo
Stamus adhuc; certo ſed tangimus vltima lapſu.
Heu quantas miſeri clades, quot pauimus enſes?
Horrida ſanguineo quot fecimus æquora fluctu?
Vidimus arctoi primo in certamine Martis,

Cum

Cum furor intonuit rigidas Aurelius Alpes, Hæc vere dicuntur à milite.
Aequare alpinos cumulata cadauera montes,
Oſſeaque in celſas creuiſſe cacumina nubes.
Auſonias iterum ſtrages inſubribus aruis
Fleuimus. Ecce Atheſis feruentia ſanguine mutat,
Et latiæ ſpolijs opulentat flumina pugnæ.
Cur omnes ſine lege mori? ſine vindice mortis
Audemus? MEDIAM furor eſt abrũpere vitam.
Deuouet vnum hoſtis ferro. ſi Cæſaris vnum
Funus eat; cunctos idem ſibi deuouet enſis?
AT NON occaſu labentis in æquora ſolis
Sydera diſpereunt: cœlo rediuiua coruſcant,
Nocturnamque trahunt Phœbi de funere vitam.
Nos quoque, ſi frangit iuueniles Romulus annos,
Viuere quis prohibet, Martemq. agitare ſub armis?
Immo ego (ſi noſtri non vilis gratia facti eſt)
Hac iuuenem dextra, morituraq. corpora figam, Crudele ſcelus proditoris.
Et Conſtantino venient ea munera Regi.
NON SCELVS eſt victos victricibus addere ſignis
Quàque vocant meliora, ſequi. Componite mentes,
Spernite proſtratas acies, accedite fatis.
Hæc ait. inſuditque nefas, turmamq. labantem
Impulit, infameſque adigit deſertor ad iras.
Cæſareo violare iubent in ſanguine ferrum,
Victoreſque nouis placare cruoribus enſes,
Tum Conſtantinis meritum ſuccedere caſtris.
Ille amens furijs, clauaque immanè trabali
Irruit, atque aditus, obſtructaque limina frangit.
Romulus ingentes componens pectore curas Somnium Romuli.
Stramineo tum membra thoro, placidoque ſopori
Lumina feſſa dabat: primam cùm dira quietem
Ancipitemque malo turbarunt ſomnia mentem.

Ipſe intrare procul Romana ignobilis hoſpes
Tecta videbatur, carique ante ora parentis
Ambiguos ignotus, egens inducere vultus.
Tum populi flentes, & circumfuſa Quiritum
Agmina funereis dare ſerta cupreſſina ramis,
Et gelidus Tiberis lacrymas haurire calentes.
Hæc inter pater ardenti Maxentius haſta
Fulminat, & rabidus nati percuſſa recludens
Pectora: *Non ego te*, dixit, *te vulnerat hoſtis,*
Qui modo tecta ferox irrumpit, & impius armis
Prodigiale furit. Iuuenem ſic anxia verſant
Somnia. tum mēbris trepidantibus incidit horror,
Sanguineam viſus tum vani vulneris vndam
Fundere; ſed largo ſudor lauit amne natantem,

Syllanus Romulū occiſurus petit.

Ecce fores reſonant, lapſumq. impulſa minantur
Oſtia, diſcuſſo patefecit lumina ſomno
Ille ſimul, portiſque dolos, lectoque minantem
Senſit adeſſe necem. ſurgit, galeamque coruſcis
Gemmiferam criſtis, chlamydiſq. micantia texta
Exuit: &, muris quæ fortè affixa tenebat
Villicus, intextis ſetoſum gauſape villis,
Veſtimenta rapit: pectuſque, & ſquamea circum
Arma tegit. Stabat geminis ſubiecta feneſtris

Romulus fugit abiecto habitu ignotus.

Semita, vallatuſque rubis, calamoque paluſtri
Callis, & in campos clauſus mittebat apertos.
Huc ſe præcipitem ſaltu dedit: inde citatis
Paſſibus exſuperat fraudes, ſaltuſque malignos.
Fida miniſtrat iter, nec denegat inuida lunam
Nox, auraſque rotis perlabitur vda ſilentes.
Interea fractis exciſo robore portis
In mediam ferro Syllanus fulgurat ædem,
Veſtigatque ducem. Libycus velut æquore prædo

Tyr-

Tyrrheno volitans italam ſpe deuorat alnum,
Quam fidos ſeruare ſinus, rupemque latentem
Audijt. illa dolos, pelagoque tumentia longè
Bella timens, ſcopulos, ſuſpectaque littora fugit,
Et fauces, Maurique iras fruſtratur inanes.
Non ſecus auectam ſcrutatur limine prædam
Proditor, incumbitque thoro, repetitaque ferro
Vulnera nequicquam geminat; vetat impia facta
Spectari, & cæcis ſe nox interplicat alis.
Inde vbi ſiue fuga vitaſſe pericula Martis,
Seu iuuenem cecidiſſe ratus: ſe ſe induit auro
Auguſtâq. humeris chlamydē, galeamq. comantem
Fronte gerens: *Socij*, exclamat, *nunc hoſtica victor*
Caſtra peto; Cæſar, non cernitis? arma coruſcat,
Et Conſtantinis ſe deuouet additus armis,
Vt vobis ſtet tuta ſalus. Sic ibat apertis
E' foribus, ſequiturque phalanx mirata gerentem
Cæſareos habitus, & membra ſimillima regis.

Syllanus veſtibus, & armis Romuli ſe induit, & eius ſimilem ſe iactat.

Iamque iterum calles nemorū, dubiaſq. remenſi
Ambages, aruis celerant: acieſque propinquas,
Caſtraque laurigero ſpectant Aurelia vallo.
Ecce impacato delapſus ab aggere miles
Obuia bella fremit. ſocios ceſſare maniplos
Imperat, ipſe volat dubios Syllanus ad hoſtes
Aligero præuectus equo, turmæque, ducique
Supplicat, oblatis pacemque paciſcitur armis.
Proh ſcelus execrata dies: Regique, Deoque
DEVIA non impunè fides. furor inſilit ardens,
Vt videre virum, profugi cui Cæſaris ora
Falſa vident, ſed vera putant: *Maxentia proles*,
Inclamant, *ſceptrique rapax, prognataque Tibri*
Tiſiphone, nunc regna vomes, cum pectore vitam

Syllanus ſolus hoſte. adit.

Pro-

A quibus pro Romulo habitus occiditur.

Proijcis. Incurrère omnes. Velut agmine facto
Infeſtis vrgere nigras vlulatibus vmbras,
Inque lupum, fama eſt, rabiem ſæuire luporum,

Narratur lapſus in inſidias lupos ducentẽ lupum diſcerpſiſſe.

Si quando in paſtus, raptis & ouilia caulis
Ille vocat: ſed enim ſubitas improuida caſſes
Agmina, cuſtodeſque adeunt laceranda moloſſos.
Haud aliter legio immanes agitare furores
Atque vnum caput innumeris obnubere telis.
Pars laceros denſis mucronibus occupat artus,
Pars iaculis, haſtaque petunt. *Quid dedita vobis*
Corpora, dicebat, *foditis? Non Cæſar: & illum*
Ipſe ego. Sed cornus tranſuerberat ora loquentis,
Defixitque ſonos linguæ, traiectaque rupit
Guttura, ſanguineis quà vitam euolueret vndis
Proditor, allapſuque italam violaret arenam.
I ferus, æterniſque nefas expendere pœnis
Incipe. funeſtis nimium trepidantia monſtris
Sydera turbaſti: ſcelerumque infame tuorum
Argumentum auſis memores furialibus annos
Turbat adhuc, metuitque cani. Tu fœdera primæ
Auſonio iurata duci iuuenilia vitæ,
Tu Capitolinas data ſacramenta per aras
Obruis, vt ſtrati veniant tibi nomina Regis,
Auguſtoque magis de ſanguine purpuret oſtrum.
Infœlix ſine Marte iaces: viduuſque ſepulchro
Te, perque alta tuum ſepelis obliuia nomen,
Hactenus & tacitis agitata ſilentia Muſis.
Hæc adeo deſertor habet feralia miles

Cohortes Romuli tranſeunt ad Cōſtantinum.

Præmia. Romanæ tum Flauia ſigna cohortes
Accepere: nouis exercitus adfuit armis,
Et Conſtantinos veneratur in ordine faſces.
Solus at obſcuris ſyluarum Romulus vmbris
Exer-

Exercebat iter, colleſque egreſſus apricos
Deſcendit riguas, Phœbo aſcendente, nouales.
Sollicitæ circum, ſimulacra volantia, curæ,
Speſq. metuſq. angorq. gemens, & triſtis, aguntur
Ira, fugæ comitatus atrox: ſuper omnia pectus
Pulſabat regale dolor, gemituſque ſequaces,
Vadentemque labor, greſſuque vrgebat egeſtas.
Iamque diem medijs Titan librauerat horis,
Cum procul incertos per vaſta noualia curſus
Flectere viſus eques. fuerat pars inclita Martis
Hic quoque nocturni, læuamque celerrimus alam
Ductor in aduerſos Marius conuerterat hoſtes,
Serus & extremis auertit terga periclis.
Hic vero errantem, & thoracis tegmen aëni
Spectauit iuuenem villoſa in veſte tegentem, Romulus in fuga ab amico nō agnoſcitur.
Nec procul agnouit; tamen interſtincta relucent
Aera ſinu, & vario ludentis verbere lucis
Non occultatis tremulum iubar effluit armis.
Ergo ignes hauſit tacitus, creditque profectum
Rupibus abruptis paſtorem, antriſque paternis,
Telaque, & exuuias belli rapuiſſe iacentes.
Et ſecum, *Ecce iugis, ſcopuloque auulſus ab alto*
Durior hic ſpolijs truncus ſe ſe ornat opimis,
Et noſtro demens potitur? tamen improbe reddes;
Hæc mihi vt auſa luas, multo cum ſanguine poſco.
At contra ardentem, & ſtricto mucrone minātem
Romulus auxilium ferro petit: ERROR, & iræ
Humanis adeo verſant diſcrimina rebus.
Iamque pares armis, animiſq. laceſſere Martem
Incipiunt. medijs cum præceps labitur aruis,
Lubrica & offenſo fallit veſtigia ſaxo A quo ad terram tantum non occiſus deijcitur.
Romulus; impatienſque altis procumbit arenis.

At

At Marius : *Nempe ante tuo iuſtiſsima pugnant*
Numina, ait, *ſceleri : nunc intonet altera vindex*
Dextera. Sic ſatus ſurgentem, ac tela minantem
Perculit, impreſſoque ſuper mucrone ſequutus
Thoracem abrupit, fractiſque in pectore coſtis
Gladius videtur traijcere pectus, nec traijcit. Mergere viſus erat, perfoſſaque viſcera ferrum,
Atque humeros, cunctaſq. animæ rupiſſe latebras.
Ilicet exultas ad læta exordia pugnæ
Heu demens, opifexque tui ſæuiſsime luctus;
Inque nouum cumulas crudelia gaudia vulnus.
Ille quidem explorat vultumq. habitumq. iacentis:
Atque expiranti ſimilem, vixque ægra leuantem
Lumina. Vt aſpexit, ſtetit anceps; fronte decoras
Quod ſpectat pendere comas, quod pallida malis
Romulus ab amico pœnè moriens agnoſcitur. Afflant regales languentibus ora nitores:
Agnouitque ducem. Miſeri triſtiſsima viſus
Heu mora, defixuſque dolor. Non amplius arma
Principis, hirſutæ non curat tegmina veſtis,
Ingemit, immotuſque ſilet; tum frigidus atros
Perfundit lacrymis, mortis ſub imagine vultus:
Nec benè dignoſcas, vter occidat. Excitus imo
Spiritus vt tandem fugientes pectore ſenſus
Reddidit: oblituſque iræ, tamen altus habebat
Miles adhuc capulum dextra; lacrimanſq. dolenſq.
O manus, inquit, *atrox, ò non tractabile telum*
Crimine quam tanto ſitiebas ſanguinis vndam,
Me crudele nefas vt mergeret? Inclite Cæſar
Tuq. ò terrarum imperijs ſol nate mouendis
Hoc Martem incolumem fugiſti, horrendaq. noctis
Excidia, vt furijs, teloque cadentis amici
Occideres? Quid enim mortem morer? occidat vna
Qui ferit. Hæc dicens à Cæſare traxerat enſem.

Ecce autem: virgam veluti flexura ſalignam
Ductilis obliquat, ramique domabilis orbem:
Sic quoque lunatum reuocatur pectore telum.
Flexilis obliquo torquetur lamina ferro,
Mollitoque adducta ſinu formatur in arcum
Quæ modo cingebat teretes curuamine coſtas.
Obſtupuit miles, tacitaſque agnoſcere cauſas
Tempora dira negant. animæ cùm certa latentis
Signa dedit Princeps, defectaque tollere cepit
Lumina. proiecit ſinuoſum protinus enſem
Spemq. necis Marius: iamque inſperata leuantem
Corpora & ipſe leuat manibus: tum ſuſtinet ægros,
Siue miniſterijs fouet auxiliaribus artus.
Ille quoque aurato diffibulat æra metallo,
Sedulus & ſquamis, & aëno pondere membra
Liberat: Ille tulit libandam fluminis vndam,
Purpureos idem materno è ceſpite flores,
Et circum liquidas afflauit odoribus auras.

Flexus gladius vulnerato non nocet.

Romulus vitæ officijs redditur.

Nõ ſecus ac tenerã patria ſuper arbore prolem,
Diſcere quæ primos gaudens per inane volatus
Ludit inaſſuetis necdum ſibi credula pennis,
Si quando læſit iaculo celerique ſagitta,
Libauitque leui venator vulnere pectus;
Accurrit gemebunda parens, reuehitque relictos
Ad nidos, virideſque domos: huc illa tenaces
Glutinis ambroſij ſuccos, roſeumque liquorem,
Et matutino rorantia balſama cœlo
Ore gerit, vulnuſque fouet, queriturq. dolentem
Solaturque dolens; medicatos hauſit odores,
Et latices natus, guttataque pabula matris.
Sic Marius curat iuuenem, ſit admouet artes
Pœonias, dubiæquè iterat fomenta ſalutis.

Inte-

Integer vt tandem redijt vigor; ante, volutis
Procubuit ſupplex genibus, dominumq. precando
Conciliat. Circum ille dedit ſua brachia collo,
Incolumitas & lætitia amicorum. Et gaudet lacrymans lacrymantē affatus amicum.
O comes, exhauſti, ſatis eſt, quodcumque pericli
Fors tulit: hinc meliora feret. Sic aſper ... ponto
Ira per incertas oritur, moriturque procellas.
Pone tuos animi fluctus: iam ſtabit vtriſque
Mors eadem, vitæque modus. Nunc mitibus aſtris
Ibimus auſoniam, fœlix comitatus, ad Vrbem.
Sic fatur, comitiſque metum curaſque reſoluit.
Ille autem, quoniam flexi curuamina teli
Sollicitant cupidam mentem, *Dic Cæſar, in orbem*
Cereus vnde, inquit, *gladius, ferrique coactus*
It rigor, aduerſum quod caſſa in vulnera pectus
Impulit. Intexta exiguo miracula velo,
Cæſar ait, *ſpectas: nulli penetrabile ferro* (*ſit*
Vis duorum linteorum, *Quod magnus parat arte Dymas: & murmure iuſ-*
Theſſalico incaſſum tentari hæc ſtamina telo.
Quid magico non ille iubet, ſubigitque ſuſurro?
Aut virga, aut numeris, Colchiq. potentibus herbis?
Illius & iuſtos Maxentius auxit bonores.
Quin etiam inuerſo ſiquis velamina limbo
Cinxerit; in formas iuuenilia membra ſeniles
Induet: aut contra ſenior iuuenilibus ora
Picta notis finget, viſuſque illudet amicos,
Idem, aliuſq. ſenex, ponenſq. adimenſq. iuuentam,
Annorumque opifex, demolitorque ſuorum.
Tu quoque ſi experto placeat confidere lino,
Accipe: ſunt gemino mihi tradita lintea textu.
Obſtupuit Marius, celebratque ingentia dona.
Inde viam repetunt, greſſuſque per Itala tendunt,

Nota,

Nota, ſed occultis ignoti erroribus, arua.
Tunc & funereis ſe Fama loquacior alis
Vexerat, & luctu Romanam impleuerat Vrbem.
Nuncia nam ſtratas acies, infractaque narrat
Agmina, & infeſtas pereuntia caſtra per vmbras.
Diceris ante omnes, & lamentabile carmen,
Cæſar alis, tua ſuſpirant in funera ciues — Narratur in Vrbe mors Romuli.
Romule: viuentemque colunt ſolemnia mortis.
Te medij raptum, memorant, *è turbine belli*
Sylueſtrem tenuiſſe domum, tepidamque cruoris
Fudiſſe hoſpitijs cæſum nemoralibus vndam.
Purpureæ at texto chlamydis, galeaque ſuperbum
Raptorem auguſtos vultu ſimulare colores.
Ipſe gemens, ſolioque pater delapſus ab alto — Crediturque præſertim à Maxentio.
Soluit laurigeras ſqualenti fronte coronas:
Et natum, heu natum crudelibus aduocat armis,
Aut deſertorem Maxentius increpat hoſtem,
Admiſcens lacrymis fruſtra indignantibus iras.
Protinus ille tamen tiberino funera campo,
Componique ſacris iubet exequialibus aras, — Crematis corporibus Diui dicebantur.
Cæſareoſque rogos; vnde altum Roma per ignem
Mentitur vanos cœlo dare nomina Diuos.
Inde minax, totamque furens immanè per aulam
Ite, inquit, *mihi lecta manus, fortiſsima, ciues,*
Pectora: fulmineas haſtis prætexite flammas,
Syllanumque trucem, nato qui noſtra perempto
Attollit ſpolia, & vultus mentitus beriles — Romulus pro Syllano habetur qui iam perierat.
Improbus exanimum raptis imitatur in armis,
Figite, flagrantemque ſuis conſumite pœnis.
Viuit adhuc, noſtram nati qui funere vitam
Immerſit, rapuitque duos? nam flebilis annos
Quid moror heu genitor, ſceleris niſi perfidus auctor

Occi-

Occidat? Ite meæ peditumque equitumque cateruæ,
Vipereumque caput contundite. Dixit, & iras
Terrificaſque minas, cædiſque iniecit amores.
Hi cunctos rimari aditus, diuerſaque longe
Et miſsi ad eum occidẽdum à patre ſatellites. Mœnia, & occultos latebris irrumpere poſtes.
Aſt alij ſyluas, omnemque patentibus aruis
Scrutantur caueam, & ſtudio meditata ſilenti
Certatim relegunt rapido veſtigia curſu.
Iamque repoſcentes peruenit rumor ad aures,
Qui putant ſe quærere Syllanum. Vallibus Eridani proceres errare fugaces,
Et celare fugam, & raris ſe credere tectis.
Vnum & purpureos ſimilem tibi Romule vultus
Cæſareas præbere notas: comitemque ſequentem
In ſenium pronos tardare viriliter annos.
Ipſe audit violenta ſui mandata parentis
Romulus, immitemque ſibi crudeſcere mortem
Atque impendentem ſenſit ceruicibus enſem.
Ille quidem egreſſus notis regionibus, ibat
Quà longobardis depreſſa Bononia campis
Spectat uicinos impellere ſydera montes:
Frondoſiſque iugis, medioque altiſsime dorſo
Frangis tyrrhenas pater Apennine nouales.
Hic dum nocturnis referens ſe Romulus horis
Hoſpitio indulget; ſubit ecce ad limina ſerus
Nuncius. Ille ſui præſentia Cæſaris ora
Ignorans, latij crudelia iuſſa Tyranni
Romulus audit quæri ſe ad necem. Narrabat: *cædem Maxentius*, inquit, *acerbam*,
Et merſum vlturus violento funere natum,
Syllanum auctorem ſceleris, campiſque vagantem
Eridani, grauibus religatum colla catenis
Raptari ſine more iubet. crudelis ademptas
Cingere nam veſtes, auguſtaque Cæſaris arma

Atque

Atque habitus, nomenq. gerens, ac Principis ora, Ideſt Romulus, quẽ occiſum rebatur Maxentius.
Errare occultis fertur Syllanus in aruis.
Hunc pater Auguſtus caput, arbitrumq. malorum
Deſtinat exitio, ſtructoſque repoſcit ad ignes.
Nec bene cæſarea quiſquam defenditur ira.
Sic ille effatur. Nec, falſa inuoluere dictis
Conſcius, impulerat præſentem, & cuncta ſilenti,
Expendẽtem animo iuuenem. Tum parte reducta
Romulus: *Heu petimur*, dixit: *Genitoris adactus*
Viribus & nati ſub viſcera conditur enſis.
Iam Syllanus habet ſcelerati præmia facti:
Empta cruore dedit mors præmia. ſanguine rurſus,
Noſtraque vibrato quæruntur pectora ferro?
Heu clades, ſimiliſque decus miſerabile formæ.
O genitor quæ bella moues? natoque, tibique
Vulnus alis? Dixit: menſque indignata querelas
Abſcidit. At Marius; *Mitte hos de pectore fluctus.*
Nullus vulneribus locus eſt. Adamantina vitæ
Sepimenta geris, Verſo cape lintea limbo,
Atque alios rugis tibi finge ſenilibus annos.
Et mihi cantato viſus ſtat ludere velo.
Quondam etiam texit cyprio ſe nubis amictu
Troius Aeneas: nebuliſque argiua fefellit
Tela Paris: FORTIS vitam quocumque tueri eſt.
Sic fatur, mouitque Ducem. Prior induit artus Romulus eiuſq. comes mutato habitu vultuq. tendunt ad Vrbem,
Romulus, excuſſam prior exuit ore iuuentam.
Squalet fronte color, demittunt candida circum
Tempora promiſſos, incanaque menta capillos.
Purpura nec pingit chlamydem, laxataque cinctu
Indica virgatæ fluxere volumina telæ:
Inceſſuque ſenex fertur. miratur euntem
Ipſe neque agnoſcit Marius noua mẽbra mouẽtẽ.

Mox ille induitur, voluitque expingere vultus,
Per Nomadum quales, Arabumque calentia regna
Fuſcantur, nigroſque bibunt è ſole colores:
Ferre & ad extremos pendentia carbaſa talos.
Sic ambo ignotas in corpora verſa figuras
Mutatis traxere notis, atque hoſpita fallunt
Limina, tyrrheniſque latent ſuſa agmina campis.
Sæpè necaturis ſeſe vexilla maniplis,
Sæpè equitum denſa circumfudere corona,
Quos iræ ſtimulant Regis: ſuſpecta duorum
Quos fuga ſollicitat, tunicæque notabile textum;
Forma ſed auertit peregrino barbara cultu.
Iam Tiberim repetunt, ſubeūt iā mœnibus altis
Et ſpectant noua præbentem ſpectacula Romam.
Nāque vbi Flaminias, aquilo quà percutit Vrbem,
Intrauere fores, ciuilibus excita tectis
Fundebat propter fluuium ſe turba dolentem,
Martiaque vndabant Romanis prata cateruis.
Forte dies aderat, cœli quà iuſsit honores
Funere ab auguſto genitor, magniſque beatum
Ordinibus Diuûm naſci tibi Romule nomen:
Interque Indigetes aſcribit Roma vetuſtos.
Ibant innumeri, diuerſi è finibus orbis
Quotquot Roma potens gremio complexa patēti
Seruat, & auſonios fecit victoria ciues.
Munera quiſque gerit: floreſq. virentibus herbis,
Et nemorum fœtus, Arabumque adiungit odores:
Manibus inferias, ſacrandaque fercula buſto.
Nec minus & latij proceres, equitumq. patrumq.
Incedunt acies; & tota roſaria Pæſti,
Et thuris lacrymas, & eoo à vertice myrrhas,
Cinnamaque, & nardos, ſudataq. balſama portant,

Vitantq. inſidias & pericula.

Intrant Vrbem.

Martius Cāpus tunc intra Vrbem.

Apotheoſis Romuli, vt veteres numini.

Mos conſecrationis Imperatorum. Ex Herod. lib. 4.

Munera gentium. & ciuitatum.

Tum

Tum vario mœſtum plaudit modulamine carmen.
Diſcretumque choris. niueas hic veſte puellas,
Hic prætextatam tenero notat agmine pubem:
Concentuq. pari tua Romule facta reuoluunt.
Ordine at ex gemino iuuenes, mœſtique feruntur
Millibus in medijs, lectoque grauantur eburno.
Hic vbi ſutilibus gemmis, auroque nitentes
Clarà inter veſtes, & puluinaribus altis
Effigies viſenda iacet, cui clauſa recondit
Lumina, pallenteſque premit mors cerea vultus,
Iam propius ſteterat, contemplatuſq. iacentem
Seque ſuoſque videt cerata in imagine vultus,
Romulus, & comitem lacrymis affatur obortis.
Heu quæ nos vltra magico data murmura lino
Armabunt, viuoſque tegent? Ecce obuia mortis
Argumenta mouet genitor, pompaque rogali
Neſcius irritat morituri funera nati.
Heu viuis infeſtus honor, votuſque profundis
Manibus: hæc etiam noſtros coniurat in artus
Relligio, vitamque ſacer mihi deuorat ignis?
Viuentemque pater colet inter ſydera Diuum?
Nunc perij: ſi forte tenet, me me ille trucidat,
Corpora falſa ratus, mentitaque verba ferentem,
Nec donat cœlo, terras negat, infera pandit.
Hæc adeò lacrymans queritur. Mariuſq. dolentem
Solatur, tacituſque animo diuerſa volutans
Romano comitem prohibet diſcedere campo.
Ocyor inuerſo tum ſe confeſſus amictu
Aduolat Auguſtæ ad ſedes, vbi regia luctu
Atria fœmineo, vicinaque vocibus altis
Culmina, percuſſoque ſonant Capitolia templo.
Ipſa palatinæ reſidens penetralibus aulæ

Chori puerorum, & fœminarum.

Cerea effigies mortui, quæ fertur ad pyram.

Romulus videt ſuã imaginẽ in pyra collocãdam.

Marius Auguſtam adit.

Queſtibus implebat collem, gemituque ciebat
Ancillatrices dominæ ad lamenta querelas:
Maternis querulæ ſuſpirant fletibus auræ.
Tunc petit alloquia, & mœſtis ſe ſe ingerit actis,
Fauſtaque clamabat Marius. Iubet illa vocari,
Auditura virum ſibi proſpera bella canentem.
Hic hilaris vultu, genibuſque ante ora volutus:
Nunciatq filij incolumitem. *Quid natum Regina oneras plangoribus*, inquit,
Quem tibi Dij ſeruant. Oculos (defixa tenebat
Quippe ſolo) attollit ſubito, lacrymaſq. coërcet
Solantique parens bibulas accommodat aures.
Natus, ait, *medio ſpectans ſua funera campo*
Intempeſtiuos ridet genitoris honores;
Et modo ſi iubeas, aderit. Mora nulla: repertus
Adſit, ait genitrix: *ſpectem, quem viuere vitam*
Credo equidem, noſtræ quia nondum tēpora rupit:
Mortuus ille meos ſecum quoque conderet annos.
Tum properans Marius tiberini gramine campi
Abducit iuuenem, placuitque trementia primùm
Romulus ignotus ducitur ad matrem auguſtam. Corpora, ſidentemque humeris præferre ſenectam:
Et gauiſuros habitu confundere viſus.
Iamq. ante aſtabat matrem, cum territa mōſtro
Auertenſque oculos. *Tali mihi redditus ore*
Natus adeſt? dixit. *Tuq. ò nequiſsime fraudes*
Proijcis in Reges, morſuque tricerbere luctus
Paſceris immoriture meos? Hinc tollite peſtes,
Mergite aquis, celeres portenta extinguite flammis.
Sic ea. Iamque ſubit confertus in atria lictor
Rapturus geminos: cum triſtibus obſitus annis
Romulus accinxit mutato carbaſa limbo.

Læta per hiberni vt quondam ſolemnia Bacchi
In laruas induta truces rictuſque ferarum

Ora

Ora ſolent blandi pueris oſtendere patres;
Illi horrent, ſeſeque cauis clauſere ſub antris,
Aut manibus preſſere oculos, gremioq. gementes
Materno tenuere fugam: fugientia donec
Monſtra ſilent, reuocantq. ſuas in corpora formas,
Et perſonatas riſu poſuere figuras.
Non ſecus arridens maternæ Romulus iræ
Atque alio florens æuo ſtetit. Aurea numquam — Romuli dignitas, & pulchritudo.
Vertice defluxit coma pulchrior: aut ſua circum
Gratior intonſam ſuſpendit tempora nubem.
Fulget lux oculis gemino formoſior aſtro.
Acceſsit frontique decus, totoque rubentes
Lætitias aperit ſpectabilis ore iuuentus.
Ipſa nouus ſquamis interlucentibus ambit
Arma nitor; maiorque humeris, habituq. decoro
Et viſu ante omnes auguſtior emicat Heros.
Nam iuuenis laudes cumulans, inopinaq. matris
Gaudia, quamquā abſens, indulſerat omnia formæ
Argumenta Dymas, magicoquè ingeſta ſuſurro
Lumina, florenteſquè, decus iuuenile, rubores.
Ergo vbi ſublimi rutilantem vertice crinem
Suſpexit genitrix, humeriſq. & pectore natum — Romulus à matre agnoſcitur.
Cæſareos vincentem habitus, atque oribus ora;
Obſtupuit, miſtoque metu ſua gaudia verſat,
Obtutuque incerta ſilet. Mox: *Nempe Deorum,*
Concilia, & magnum genitor tibi pandit Olympum
Nate, refert, *Diuos ſuperas qui pulchrior omnes.*
Quem te Italæ clades fecere, infauſtaque bella?
Quem reddis caræ te formoſiſsime matri?
Qualis ab hoſte redis? At non fœlicibus armis
Vlla triumphales ſic euexere coronæ
Tempora, nec tali fulſit Romanus in auro.

Ecce pater flammis extinctum & ſydere donat;
At dignus quem vita ſacris, interque vocantes
Euehat Indigetes, templiſque ariſque reponat.

Romulus timet iram patris, à quo pro Syllano habetur.

Hæc dicens dabat amplexus. Sed Romulus ora
Triſtior, *O mater veni*, inquit, *vt impius hoſtis*
Cui vitam ignouit, pater auferat? auguror ignes
Inſcius, & latios iuſsis crudelibus enſes.
Non ita, mater ait, *per me ferus exiget enſem,*
Qui te cumque ferit. Mortem tibi Roma rependet,
Cui defenſa viget? Stabis dum regna manebunt
Romula, ſic oro: certum eſt tibi nominis omen.
Nec dum noſtra parens partitus gaudia natum
Aſpicit, amiſſumque tenet? non tela cruentus
Quiſquã adiget, contra intorquet ſi fulmina Cæſar.

Mater Romulum ducit ad patrem, qui filio rogum extruebat.

Dixit, & ipſa manum tectis complexa ſuperbis
Educit, Martiſque parat ſuccedere campo.
Nec minus & fauſto plaudens tum fama tumultu
Perſonat innumeris ſeptem per culmina linguis
Et ripas Tiberine tuas: è puluere belli
Cæſareum iuuenem patrios veniſſe penates.
Accurrunt, glomerantq. gradus, ſtudioq. videndi
Reginam vndantes vrgent, ſtipantq. frequentes,
Et parilem Diuis dominum mirantur euntem.
At pater auſonij nondum pia gaudia vulgi
Senſerat, & ſacris luctum exequialibus auget,
Mœſtaq: verba rogis, atque vltima dona ferebat,

Pyra quadrata, & decreſcens: ex nũmis antiquis & Herodiano, lib. 4.

Tollit in excelſum ſe turribus æmula moles
Quadratum dimenſa latus, ſectaque cupreſſo
Interiora trabes, damnataque robora texunt.
Tum ſtipulas, calamoſq. leues, atque arida condit
Venturis alimenta focis: extraque ſuperbis
Veſtibus, aut auro, aut ſignis collucet eburnis.

Pro-

Proximus huic ſpatijs it decreſcentibus agger,
Et ſimilis ſtructura operis. laterumque minorum
Parietibus facies breuior ligat angulus æquis.
Tertia contractos tollit magis area fines:
Inde minor, ſe ſeque alio ſublata coarctat
Quinta ſupercilio: donec iam vertice ſummo
Extenuatur apex, ſuper & celſiſsima fulget
Purpura, candet ebur, gemmæq. aurumq. coruſcāt.

Ordo ſecundus minor, & alij deinceps.

Ceu facibus nigra excubias vt nocte micantes
Imperet, alta ſedet portu Pharos. æquora longè
Nauta ſecat, tamen elatas in nubila flammas
Certanteſque videt ſtellis fugientibus ignes:
Tollit inæquales at turris ſaxea muros,
Syderaq. impellit, terras grauat, æquora terret,
Et quà luce necat, dorſo quà parturit vmbras.

Turris in portu. Herodian. lib. cit.

Ergo vbi funereæ ſteterunt miracula pompæ,
Quæque ferebatur, gradibus compoſta ſuperbis
Conſtitit effigies; populi mox agmine denſo
Vndique odoratis cumulantur pondera glebis
Thurea, panchæuſque liquor, myrrhæq. gementes:
Cumq. ſuis indos onyches, alabaſtraq. fundunt
Vnguentis, cæſiſque ferunt opobalſama ramis,
Raptoſque eois ſuccos, & aromata ſyluis.

Romuli. mortui enim effigies in ſumma pyra ponebatur.

Nec minus & celebres ineunt certamine ludos,
Sublimeſq. in equis volitant. quà flectere currum
Purpureos, formaque patres ſimulante vetuſtos
Aſpicias: actæ in numerum quà ludicra pugnæ,
Atque recurrentes gladijs reſonantibus orbes,
Et campo indomitum pacato efferuere Martem.

Ludi equeſtret, & curules. & gladiatorij in funere.

Ipſe toga inſignis Maxentius: ipſe virenti
Lauro incana tegens iam tempora, ſuſtulit atram
Auerſus de more facem, iam iamque rogales

Succeſſor Imperij accēdebat pyram.

Admouet illacrymans arſura in robora flammas,
Incipit & caris lamenta nouiſsimus vmbris.
Ecce Auguſta procul: *Siſte, ò quæ funera Cæſar*
Exclamat, *nato renouas? en Romulus, ignes*
Mitte tuos: Viuens non miſcet nomina Diuis;
Par illis tamen ingreditur, maiorque refulget.
Dixerat. aduertitq. animos, oculoſq. Tyrannus,
Abſtinuitque manum: tenuitque ſilentia vulgus.
Vt iuuenem aſpexit venientē, & multā pauentem,
Syllaníque patrem ſubiens percuſſit imago:
Nempe, inquit, *deſertor iners, natique ſatelles*
Dirus adeſt. Non tu flammis damnate profundis
Impie romuleos hauſiſti in nocte cruores?
Meque meumque genus ferro petis? inde iacentis
Mentitos fugitiue habitus imitaris, & artus?
Nec dum digne peris? rapite ò, natique patriſque
Vltores, agite in pœnas, date corpora flammis.
Ardeat: vnde ſuos ardens rogus inchoet ignes.
Vix ea, cum denſa circumuenere corona
Miles atrox, lictorque ſimul, Patreſq. Duceſque,
Intentantque necem, cunctiq. in vulnera poſcunt.
At mater, quis enim vexat furor? eijce peſtem
Pectore, clamabat, *Cæſar: deſiſtite ciues.*
Sed monet incaſſum. nectunt ſtridentia collo
Vincula, & irati rapiunt ante ora parentis.
Tum vero percuſſa animis, natique dolores
Vlterius non paſſa parens, quà denſa coactis
Turba premit cuneis, auguſti oblita decoris,
Pluſque ignara ſui fertur: non tela, nec enſes,
Non rabidus Regis tardat furor. euolat ante,
Vinculaque abrupit manibus, nexuſque reſoluit;
Inde ait. *Hoc etiam Sol aſpicis? impia nato*

Tu

Tacit. in fine xv. Annal.

Romulus à patre pro Syllano habitus non agnoſcitur.

Fruſtra prohibente matre ligatur Romulus.

Matris querelæ in filij periculo.

Tu Pater: ac Regi moliris funera ciuis?
Hic meus eſt: tuus & Cæſar. matrique, tibique
Eripis? O geminæ dira inclementia culpæ.
Aſt aberit ſcelus. hic viuet. me me enſe volentem
Transadiges. ferro vna cadam, ſi victima ferro
Quæritur, Auguſtæ veniant incendia matri.
Eſt tua nate ſalus. Dixit, complexa feroci
Indignantem animo, lacrymiſq. impleuit obortis.
At pater, ingentes quia ſæuior aſperat iras, Error, & ira Maxentij.
Et iuxta tædis ſtimulat furialibus ardens
Alecto, colubriſque humeros inuiſa flagellat;
O, ait, *infauſto perituram ſydere Romam;*
Coniurant noſtris ſuperique homineſque ruinis.
Nec tu prædonem coniux ante ora cruentum
Cæca vides? laceri fœdatur ſanguine nati
Barbarus heu vitæ raptor, ſpolioque potitus
Nominis: Auguſtæq. opibus Syllanus, & auſis.
Viuit adhuc? pereat: Quid peſtifer inficit auras?
Sic fatur, ſtridenſque fremit. Sed Romulus vltra
Impatiens, paulùmq. metum compoſtus, & iras:
O genitor, dixit, *neque enim mihi nominis huius*
Eſt letho ſublatus honor, quid credula tantum
Corda furunt? Ego ſum, nec falſus imagine ludo,
Romulus. Infandos in nocte iuuantibus vmbris
Perfidus admouit, nudos neque proditor enſes
Infixit lateri; fraudum fuga nobilis artes Fruſtra patri ſe prodit Romulus.
Diſpulit, infregitque dolos: pro ſanguine prædo
At dominam chlamydem, galeæq. inſigne reportat,
Vt gereret vultu, ſimilemque in veſte figuram.
Ex illo geminos facit error; at error abactis
Syllanum furijs per Flauia ſuſtulit arma,
Actus ego inſidijs patrias ex ordine pœnas,

Sæpe

Sæpe tuli; vixique tamen, vicique doloſas,
Conſilijs, manibuſq. manus, animamq. decoris
Romuli cōſtātia, & fortitudo. *Defendi latebris, vel apertis conditus aruis.*
NEC tamen in pretio vita eſt: ſi morte piandum
Eſt aliquid ſceleris, morior: ſi ſanguine noſtro
Roma viges, ego ſanguineos è corpore riuos
Roma tibi voueo; vitalem ſanguinis vndam
Accipies, ſtabilemque patris per regna ſalutem.
Dixerat. Exertumq. manu iam Romulus enſem
Populi ſenſus in calamitate matris, & filij. Extulerat, verſoque latus mucrone petebat.
Cū ſubiens: *Me me iſta manent, da vulnera,* mater
Inclamat, tenuitq. manum, ferrumq. retorſit.
At fletu inſanos commutauere tumultus,
Et lacrymis populi. Caſus miſeratus acerbos
Inſontis iuuenis, miſeros & matris amores
Quiſque gemit: tolluntque altas ad ſydera voces,
Et veniam, vitamq. rogant. Incredulus ardens
Sed magis infremuit, ſpumanſq. dolenſq. Tyrānus.
Non gemitus, matriſq preces, populoſq. precantes,
Tantum audit rabido latrantes corde furores,
Inde ait: *O regnis miles fidiſſime cuſtos.*
Maxentij inclementia. *Explorate meis, quid Regem in certa ruentem*
Vulnera, proiectumque dolis, merſumque periclis
Deſeris? in noſtrum ſerus hic poſt funera nati
Mentitur ſine fine caput; tu tela coerces?
Stringe manus, da membra rogis: natoq. paratis
Supplicia expendat flammis, matremq. vetantem
Vlterius prohibere veta. Quis monſtra moratur
Tollere? Fatus erat. Sed victa doloribus atris
Languebat genitrix. lapſantem in tecta reducunt
Concuſſæ gemitu, & querulis plangoribus Vrbis.
Hinc furijs accenſa cohors reſonantia vincla
Inten-

Intendunt,iuuenemq. trahunt. Ignara quid audet
Turba,nec agnoſcens dominum? Poſt fortia Cæſar
Prælia fert patrios, famulis cumulantibus, ignes:
Ipſe iubet genitor, natumq. vlturus acerbat
Cæde nefas,natumq. necat. Iam ſumma tenebant
Impoſitumq.pyræ ſtatuunt,iam dextra propinquat
Subiectura facem, & pheretro malè tēperat ignis.

Romulus in pyra cremādus collocatur.

Ecce autē ſubitis concreſcere nubibus imbres,
Clarus & obſcuro lucem ſol condere nimbo.
Nec mora. Diſcuſſo repetita in fulgura cœlo
Intremuit vallis, fractumque agitante tumultu
Æthera, fulmineas iterumque iterumque ruinas
Horruit, & mixto labentem flumine caurum.
Iam primas fax verſa faces accenderat atri
Pegmatis: ac frondes lugentibus arida flammis
Nutrimenta dabant, & eois pinguia ſuccis
Inter odoratos expirant robora fumos:
At gelidis illapſus aquis denſiſſimus imber
Extinxitque faces, & nata incendia preſſit.
Turbatique rogos circum populuſque Patreſque
Vltores tonitrus, tempeſtatumque cadentum
Prodigiale timent agmen, buſtoque recedunt,
Hauſtaque inundanti merguntur funera campo.

Subitus turbo,& pluuia.

Sic quoque Collinæ quateret cum proxima portę
Annibal, & poſitis Aniena ſub oſtia caſtris,
Ponè ſuburbanos educeret agmina colles,
Et libycis vexilla tubis Romana cieret;
Inuectus contra nimbis globus, auſaque furtim
Aſtitit vnda ſuper, validiſquè armata procellis,
Arma repercuſsit, Pœnoſque, Italoſque fugauit,
Et dubiæ rapuit ventura pericula pugnæ.
Sic aquilone rigens, glomerataque fluctibus atris

Annibal ad portas pugnaturus cū Romanis imbribus prohibetur.

Obruit

Obruit & valles, & verberat horrida colles
Propter tempeſta: è cunctì è campo recedunt. Tempeſtas: cœlique fragor, lamentaque vulgi
Congeminant: mixtoque cadens de nubibus altis
Depluit imbre pauor, tremefactaq. corda flagellat.
Diffugere omnes, fugit ocyor agmine primus
Seque abdit metuens auguſta in tecta Tyrannus.
Tum bellator eques, Conſulq. Patreſq. recedunt.
Et tumet, & Tiberis clauſis timet abditus antris.
Præter Marium. Iamque adeo Martis pratenſia naufragus arua
Solus habet Marius; cauros non ille frementes
Fulmineas non ille faces, non grandinis horret
Inſanos crepitus, vndantum & flumen aquarum.
Fluctibus accelerat medijs, curſuque rogalem
Aſtitit ante pyram, tabulataque ſumma relictæ
Exuperat molis: cariſque obſtricta reſoluit
Vincula pectoribus: complexus & ille iacentem
Surge, ait, ò Cæſar, non hic tibi turbinis horror
Naſcitur: Exitium pereuntem euoluit in Vrbem.
Emeritiſque pares ſceleri dat pendere pœnas.
Arriſit dictis iuuenis: dein voce ſequutus
Impauiduſq. ciens: *Miles fidiſsime cuſtos*
Nam quis crudeli in populo, quis in Vrbe moratur
Romulus liberatus abit de Vrbe. *Sanguinea? fugiamus*, ait, *quà mitibus aſtris*
Lenè ſoporatæ requieſcunt cordibus iræ,
Et tranquilla ſalus pacalibus accubat oris.
Quid mihi dulce tuũ eſt, dominis malefida repertis
Roma? vale: inſani furias lenire parentis
Si valeas, rectiue ſacras expendere leges.
Sic ait: atque alto deſcendit culmine molis;
Et Tiberis curuæ conſiſtit in aggere ripæ.
Stabat fortè leuis fluuio, queriturque teneri
Cymba, oditque manus ad littora nota morantes.

Hanc

Hanc petit, & tuta raptum ſtatione rudentem
Abſcidit. inde ratem prono decurrere fluctu,
Rectoremque iubet pulſis caua flumina remis
Vincere. Tyrrhenas ponti volat alnus ad vndas,
Hærebat lateri Marius, dominique leuabat
Sollicitas, agitans ſed eaſdem pectore curas.

CON-

CONSTANTINI
LIBER IV.

ARGVMENTVM.

Artemius Legatus mandata Conſtantini Maxentio exponit. Quibus ab illo reiectis, Legatus Marcellum Pontificem à Tyranno damnatum, & clauſum in Viuario ad feras alendas adit, veneraturque. Tum loca Vrbis cruore Martyrum conſecrata perluſtrat: & à Syluestro viæ comite Neroniani incendij ſeriem expoſitam recognoſcit.

AT curru celeri Oenotrias ſulcabat arenas
Artemius mandata ferens, ſilicemque terebat
Flaminiæ, & centum famam præit ora mouentem.
Suburbia ante Vrbem in longum porrecta.
Iamque aderat, flauū & Tiberim, propiorq. videbat
Numquam diſcretis producta ſuburbia tectis.
Cernere erat populos, & procurrētibus Vrbem
Vrbibus extenſam, & Romam ſine fine patentem;
Locus prope mœnia.
Impoſitis nec dum ſuperat pomœria ſaxis.
Vt ſubijt portas Legatus, & ardua vidit
Romauo delubra foro, ſtetit aurea propter
Limina:

Limina: cogebat latios vbi Curia Patres. Curia in foro.
Quippe propinquantis peculſus imagine belli
Et ſigna imperij voluens extrema Tyrannus
Concilium vocat, & magni conſulta Senatus.
Attonita cui mente ſedet: quo dira tumultu
Tempeſtas violata ſacri ſolemnia buſti
Obruit: & cæſus nè, an ferro ignique ſuperſtes
Romulus. At iuſsi tenuere ſedilia Patres,
Cogentemque odere omnes. animiſq. recurſant
Quæ ferus in miſeros molitus funera ciues, Romani Maxentiū propter cædes, & alia improbe facta oderāt.
Atria compleuit miſero triſtiſsima luctu:
Atque auſus violare thoros inſanus adulter
Auſoniam fœdo temerauit crimine gentem.
Odit & ante alios Conſul: ſed pectore condit
Nondum erumpentes magis implacabilis iras. Fabius Maximus Conſul è Fabia gente clam fauet Cōſtantino.
Faſcibus ille potens, Fabia de ſtirpe vetuſtos
Haud minor enarrabat auos, opibuſque ſuperbis
Maximus augebat laudum decora alta ſuarum.
Sed iam ingreſſus erat Legatus, & ante curulem
Venerat: obſeptum quà miles, & horrida circum
Spicula cingebant, iræque, metuſque Tyrannum.
Tum veneratus ait: grauibus ſtat gratia dictis.
Si tua cedentem reuocarent vota ſalutem,
Cæſar, & imperij ſtimularet cura cadentis, Artemij oratio ad Maxentium.
Fœdera iampridem ſtabilis componere Pacis
Tentaſſes; Atheſis quam Conſtantinus ab vndis
Mittit, & aduerſo monet hoſtem cedere bello.
Quid prodeſt fragilem miſcere ferocibus armis,
Nec niſi paſſuram lethalia vulnera dextram?
Spes vbi nulla mouet, belli quoque sūmouet arma.
Pugnaſti toties, triplicique obſtantia vallo
Caſtra ſubalpinos celarunt Romula campos:

San-

Conſtantino venienti ad Vrbem ſubigenda fuit Italia, quæ tenebatur exercitib. Maxentij.

Sanguinea toties latuerunt fluminis vnda :
Strataq. fœcundas funeſtant corpora valles.
Quidquid ab arctoo glaciantis cardine Mundi
Ad cautes longe ſe prouehit Apenninas,
Noſtrum eſt. non clauſere vias contermina cælo
Culmina non tumidis extantes fluctibus amnes,
Credita non vndis, non edita montibus altis
Oppida tardarunt, non abdita vallibus imis;
Omnia ceſſerunt, audentibus omnia dextris.
Hinc & finitimas ſubiecit Hetruria gentes,
Victoremque vocat, poſcitque nouiſsima leges.
Vna tibi ſupereſt, at partibus æqua duabus

Roma in bellis duorum ciuilibus Victorē ſequitur.

Roma: ſuis toties vitrix quæ vincitur armis
Dotalis bello, venalis Roma cruore
Principis, ac gemini ſpectans certamina Regis,
Neſcia, cui potior virtus, quem regna ſequantur.
Sed neque Roma ſedet ſpectatrix. arma iuberi
Non ſentis, incenſa odijs? inimica recudit
Illa in te ferrum, & vibranti comminus haſta
Emicat, heu gemitus, ſtragemq. vltura ſuorum:
Nec coniurati deſunt ad vulnera ciues.

Prætoriani Maxentium tuentur.

At fido ſi tela mouet Prætoria vallo
Miles, & vrbanas accendit in arma cohortes;
Non ſua inexpertis geret idem bella maniplis,

Prætoriani vrbanis delicijs aſſueti bello inualidi.

Delicias inhians, & debellare loquaces
Arma ſuper menſas melior: nec pace ſolutus
Otia dediſcet medijs inducere caſtris.
Hic tibi ſanguineo referet quas puluere lauros,
Cum fortes contra ſteterint, palmamque legentes

Fortitudo exercitus Cōſtantini.

Duratæ rigido certent aquilone phalanges?
Vrere membra gelu, ſolidiſque cubare pruinis
Et gelidum ſolita vincendo excurrere mundum.

Tunc

Tunc licuit dubiæ tentare pericula pugnæ, (gues,
Atq. Aquilis Aquilas cõmittere, & Anguibus An-
Cum pariles conferre manus æquata ſinebant
Imperia, & ſtabat nondum inclinata poteſtas.
Vincendi iam nulla via eſt: atque vltima vitæ
Frangitur ora tuæ: prohibet ſpem tempus inanem
Paſcere, vel ſolio labentem hærere fugaci.
Ipſe quidem ſummo generoſum Cæſare pectus
Induis, auguſtamque cupis profundere vitam
Regna ſuper, miſſoque cies pro ſanguine famam.
At morti heu ſeries quantorum obſtricta malorum
Funeribus præit orta tuis? fulgentia tecta,
Aurataſque domos: ipſa hæc miracula rerum
Pabula nonne vides populantibus obuia flammis?
Ibit in extremas tecum collapſa fauillas
Vrbs æterna Orbis? cineri cinis additus atro,
Facta ſibi, dominoq. rogus, geminumq. ſepulcrum. Roma æterna ab antiquis dicta.
Euenient, neu finge moras. Haud ſolus in arces
Miles inardeſcet gelida flammatus ab Arcto,
Certaque Romanæ cumulans fomenta ruinæ.
Ipſe gerens haſtam contra Deus igne tonantem,
Sydereæque manus, cœlique exercitus omnis
In cædes aderit: quem Conſtantina ſequentem Diuina auxilia Conſtantino ſubmiſſa. de quibus lib. 1.
Claſsica, & adſcriptis agitantem prælia turmis
Heu miſer aſpicies, Tybrimque tuamque tremẽdis
Ocyus inſeſſam cernes legionibus Vrbem.
Hi, quoties reuocant Aurelia cornua Martem,
Et Labari apparent fulgentia vela per auras
Victrices intexta Cruces: cœleſtibus albas
Ordinibus denſant acies. non caſsida criſtis
Terrificat, non enſe latus, non ferrea cuſpis;
Pro telo, criſtaque micat, pro cuſpide fulmen.

Hi Veronenſem per cæca pericula noctem
Incendère: manu dum quiſque ardentia torquet
Spicula: roboreæque trabes, vaſtique molares
Armaque conſumptos fluxere ambuſta per artus:
Miſsilibuſque procul patuerunt mœnia flammis.
Quos Cæſar ſuperis oppones gentibus enſes?
Miſſuris in tecta faces, atque igne voraci
Hauſtaris Tiberim fumantem, vndaſq. petentem?
Cede Deo; propiora tonant ſi prælia cœlo,
Romano generi, & Patribus iam parce latinis.
Clarius auguſto faciet Clementia nomen.
Nec penitus tua regna cadent. dat Flàuius Vrbem
Tyrrhenam Cæſar; ſeros victurus in annos
Longa vbi tranquillæ componas tempora vitæ.
Accipe; & officijs da munera victus amicis.

Dixit. at impatiens irarum, extrema Tyrannus
Ira Maxentij ob verba Legati. Verba interrupit fremitu: ſpumanſque, furenſque
Confundens atque ore ſonos vlulante minaces:
Hoc, ait, *agnoſces, mecum Clementia quanto*
Imperet arbitrio; quod te non protinus atro
Scindendum ferro, flammæque, vndæq. vorãdum
Obieci: iaculis quod non figendus acutis
Siſteris in media, tigribuſue epulandus, arena.
Principe me, Romana vocas in tecta latrones?
O probrum, ò noſtri pudor indelebilis æui.
Victus ego? aut quiſquam coget deponere ferrum,
Aut Capitolinas indigno vertice lauros?
IMPERIVM tàm triſte nefas? Stat, ferre potenti
Sceptrũ, enſemq. manu: vel ſi ſpectẽ æthera contra
Quem contra Iouem pugnaſſe fabulantur. *Bella per extructos pugnare Typhoea montes.*
Extruet, vnde ruat. Tu monſtri exemplar auerni
Ore venenato Latias haud infice terras.

Craſti-

Craſtinus haud noſtra videat ſol Vrbe morantem.
Sic ait. Eiectumque ducem, tectiſque ſuperbis
Vadentem dubio Patres ſermone ſequuntur.
Sæuus at incerta turbatus voce Tyrannus
Inclinare ratus iam pectora, votaque Patrum
In Conſtantinos occulta recumbere faſces,
Iracunda magis ſub corde incendia verſat,
Exclamatq. *Feros ipſa hæc quoque templa recondũt* Maxentius Senatum increpat fauẽtem Conſtantino.
Carnifices? veſterque meis ceruicibus enſis
Imminet? HEV gentẽ famulis ſeruire paratam:
In dominos ſæuire tuos. Nos fœda gerentes
Scilicet imperia, & miſeros tractamus honores,
Auguſtum, & caſtris carum genus. acer in armis
At non hæc ferro miles patietur inulto.
Vulnera ſed curare libet: nam barbarus hoſtis
Huc iam tela rotat. petimur: nec ſola cruentus
Viſcera noſtra petit. VANA eſt fiducia vitæ, Et ſuam cauſam communem facit.
Siqua tenet ciues occaſu Principis: omnes
Vnius in partem ſtatuant veniſſe ruinæ:
Quo cum ſtante manent, hoc & labente recumbũt.
Sic quoque commotis trepidi comp gibus orbis,
Mons ſubiecta quatit, lapſuque intercipit agros.
Aut quondam turris, quæ culmina contulit aſtris,
Vulſa ruit, magnis & ſtragibus obruit vrbem.
Noſtra quoque in populos diſperſa leuatq. premitq.
Statq, ſimul, moriturque ſalus. Sed viuet acerbo
Hoſtis ab interitu: nec me mea dextra relinquet,
Quam voueo tibi Roma: tuis & Martis alumnæ
Imperijs mecum ſe deuouere cohortes. Prætoriani milites fidi Maxentio.
His ego non dubitem damnatam frigoris arcton
Vellere, non auſtro terras viduare calentes:
Non, ſi fulmineas tonitru mihi ſuſcitet iras

Iuppiter, his contra metuam contendere ſignis.
Quippe acies agmen canit auxiliare Deorum
Flauia: mentiturque duces, & inania belli (tus
Numina. NVMen erit qui vicerit. OMNIA Vir-
Datq. adimitq. potens. Diui at vexilla ſequuntur
Hoſtica. Non potero Diuis committere Diuos?
Nonne Deûm ſuperas fugiens exercitus arces
Romula cantatis veniet Capitolia turmis?
Immani cum falce Senex? face Iuppiter? haſta
Threïcia Mauors? arcu metuendus Apollo?
Quæritur Alcides ſtellantis robore clauæ?
Maxentium incantationibus ſtuduiſſe teſtatur Euſebius. *Quis noſtris armata feret non ſydera caſtris?*
Vidi ego migrantes luctanti lumine, cantu
Cum traheret, virgaq. Dymas: cœliq. Senatum
Aurea tarpeio complere ſedilia templo.
Quos non ille Deos, quæ caligantibus antris
Non iuſſit magicis erumpere monſtra venenis?
Telo ardere duces mirabere Roma tonantes,
Et ſtruere Alecto ſtantes pro mœnibus hydros.
His defenſi opibus victura repoſcimus arma.
Vos tamen in medium tacitos deponite ſenſus,
Fida nec auguſtis noceat ſententia votis.
Dixit. at obſtructis haud mota ſilentia linguis:
Silentium auerſi Senatus. Voceſque implorata fides, & Flauia virtus,
Aut metus aſtringit, præſentis & ora Tyranni.
Non ſecus aligeri ſecura per otia fœtus,
Quos & inexpertæ fiducia prima iuuentæ
Frondibus emiſit natalibus: æthera circum
Obſeſſum ſi forte vident ſtridente volatu
Accipitris, ſuprema timent: ſed gutture preſſos
Continuere ſonos; propius nam mater amicis
Excubijs vigiles metuens intendit amores:

At

At ſuper inſidiæ, venantis & impetus hoſtis,
Ardenteſque oculi, & rorantia ſanguine roſtra,
Atque auidis prædam meditātes faucibus vngues. Quia implet fauces præda.
Non aliter ſiluere Patres. Sed callida tandem
Ora mouet Conſul, dictiſque ita Maximus infit.
Quòd facunda virùm, cunctis ceſſantibus, ora Maximi Cōſulis oratio.
Me dicente ſilent, crede auguſtiſſime Cæſar
Mecum effari omnes, voto qui fantur eodem.
Conſcia te virtus adigit, ſtimulatq. mouentem
Inuictas in bella manus. tu morte decora
Pacte quirinales hoſtis vel clade triumphos,
Irruis indomitus vinci: nec cuſpide quondam
Terrigena Mauors potior terrere gigantes.
Sed conferre pares animos, ac fuſa per artus
Robora Cæſareos, atque ora ſimillima Diuis,
Haud generis noſtri eſt. Aquilis ceu iuſta colūbos
Lex certare vetat, ſimileſque audere volatus. Vires & copiæ Maxentij debiles.
Vicerunt exempla tamen: nec ſegniùs hoſtem
Sternere cura fuit, ſeu corpora tradere ferro.
Obnixi contra ſtetimus, ſemperque ruendo
Obruimur: clades & verberat obuia ciues
Funeribus crebris Italùm diſperſa per oras.
IAM victos iterum vinci pudet. VLTIMA belli
Deſperanda manēt: primis nam frangimur armis.
Haud nutat, ſed quaſſa tremit per tela, per ictus
Explorata fides. Sequimur, quocumque vocaris.
Sed trahere in mortem cupies, oblite ſalutis,
Quam populis Auguſte voues? ſi corda Quiritum
Conſternata vides, oculiſq. Britannicus enſis,
(Tæda velut pauidos turbat furialis Oreſtas)
Errat, & attonitas defixit vulnere mentes;
Quid fruſtra tentare iuuat? rurſumque calenti

 Forſan

Forſan ſopitas educere ſanguine flammas?
NIL temere audendũ forti eſt;CVM fulminat ar-
Iuppiter,impauidi ſola eſt dementia cordis; (dens
Mens ſincera timet. Quis formidata duello
Agmina ſanguineo, quis Flauia diſſipet arma?
Virtus Flauia & Victoriȩ. *Romanus magico non fidit murmure miles:*
Theſſalicæ nocitura putat neque carmina linguæ,
Qui patuiſſe videt ruptas venientibus Alpes,
Vallatoque viris deiecta ex aggere caſtra.
Carmina linque Magis.SIBI quiſq. ſit alter Achil
Virtutis laudiſq. faber: nec deuia noſtris (les,
Eſt animis vertens aliena in pectora virtus.
Sed vis dira ferit, melioraque ſigna ſequentes
Vincimur: id Superis viſum: neq. Numina ceſſant
Aetheris in noſtram populos armare ruinam.
Romanus tantos innoxius ibit in hoſtes?
Auxilio Diuûm ſtabas, magnumque per Orbem
Haud minor, imperio gentes iam Roma regebas,
Nunc Diuis pugnata cades: qui triſtia portant
Funera. lethales ah non detorqueat enſes
Pax optanda infirmiori. *Siquis amans patriæ,nõ ſanguinis auferat imbres?*
Non properet placare Deos? Pax arma recondat,
Pax Auguſte tuos, oramus, ſoſpitet annos,
*Bella premas. Sed promo equidem,*rupitq.loquẽtis,
Verba loquens,dictis remouẽs ac dicta Tyrãnnus,
Improuidæ irati furiæ. *Solus bella geram: quid enim, ſi turba Deorum*
Aſtra rotet contra, gremioque tumentia tellus
Arma vomat? ſolus terraſque & ſydera vellam.
Non deſertores adſint, non Curia fraudum
Molitrix, ſcelerumque, & nexi crimine faſces.
Ite animæ viles, gens Flauia: digna repertis,
Deuota Crucibus capita, & ſine Cæſare Ciues.

Sic

Sic ait, & portis ſe ſe prorupit apertis,
Inflammatque minas, fremituque exaſperat iras.
Vt ſecreta domus, clauſique Palatia collis
Intrauit, iubet acciri ad Romana Dymantem
Mœnia: qui, vernum zephyris reuocātibus annum,
Circæi ſpelæa iugi, grideſque receſſus
Venerat: herbarum ſuccos vbi nocte potentes,
Depoſito cum luna tumet pleniſſima cornu,
Auulſoque ſolo frutices, aut ceſpite flores,
Aut placitura legens iratæ aconita nouercæ
Incomitatus agit, fruiturque ſilentibus horis.
Hunc vocat, ipſe atri ſe torquet imagine belli.

Magus Maxētij fautor.

Interea egreſſus tectis Legatus ab altis
Ibat, & hoſpitijs ſe ſe referebat amicis.
Ecce autem cultu tenuis, vultuque decorus
Quærentem ſe ſe contra Syluester agebat;
Ille occulta Deo ſacrabat dona ſacerdos
Inuigilans curis cœleſtibus, & ſua Patri
Sponte miniſteria, æternis qui præſidet aris,
Vouerat; auſonios illi ſed in ordine faſces,
Tergeminique Deus texit diademata regni.
At nunc iuſſa ferens Legatum accibat in ædem,
Clauſus vbi mundi rector, rigidoque ferarum
Heu male nutritor ſtabulo Marcellus agebat.
Ergo pedem referens, mediæ per compita Romæ
Artemius celerabat iter, magnumque parentem
Carcere ſollicitus, ferrataque clauſtra petebat.

Qui poſtea Pont. Max. fuit.

Condita vicinis fuerant Viuaria caſtris,
Parietibus crebris, denſaque indagine tecti.
Hic vbi ſecretis adytis immane frementes
Occluſere feras, patrijs quas Afer in antris
Venatur: Numidæque ſuis educta cauernis

Viuarium prope caſtra Prætoria. Quod Catabulum ſacri Scriptores nominant.

Feræ in amphiteatro præſertim oc cidebantur.

Mõſtra ferũt,quæq. Arctos alit,quæ parturit Indus,
Vt noua romanos ineant ſpectacula Circos.
Stat compago ingens laterum,camerataq.crebris
Tecta patent caueis, vel apertos libera ſoles
Accipiunt; reſonantvectes, & poſtibus altis
Dura catenatæ clauduntur robora portæ.
Intus captiuam rabiem indignata ferarum
Turba fremit.Celeres quod deſerit impetus armos
Strident armeniæ tigres, curſumque repoſcunt;
Cognatæque ſimul, duplices at tergora lynces,
Aut illa croceos, tyrioſque imitata colores.
Hinc aulas ſparſere minis, ſæuique leones
Clauſtra reuellentes ſtimulant rugitibus iras:
Dente ferox luctatur aper, muroſque laceſſit
Incaſſum, ſilicemque terit; mugire minantes
Hinc tauri, aut portis fracto dare vulnera cornu:
Informeſque vrſi, & circum redeuntia ſemper
Agmina ſæuorum in noctem vlulare luporum;
Quod dulces ſyluæ latebras, pecudumque cruenta
Pabula, & amiſſæ meditantur ouilia prædæ.
Quin etiam eois elephas aduectus ab Indis,
Et maculoſa truces lunati corpora pardi:
Tardaque rhinoceros intentans cornua, ſi quem
Exercet pauidus ventura in bella magiſter.

S. Marcellus Pontifex in catabulum à Maxētio cō-iectus eſt, vt beſtias aleret

Hic aderat cuſtos (heu tetro horrenda paratu
Limina) tergeminus Præſul, cui ſydera curæ,
Terræque, infernique lacus: & carcere nigro
Marcellus pedicas,& ferrea vincla trahebat.
Ille auidis ſtructaſque dapes,& longa miniſtrat
Nutrimenta feris: illum venerata laceſſunt
Grataque blanditias teſtantur monſtra ſequaces.
At tibi ſacrorum cuſtos, magnoque Tonanti

Impe-

Imperio, dextraque minor, non digna ferebat
Seruitia, triſtemque furens heu Roma laborem
Criminibus miſeranda ſuis. Quem vaſta ferarum
Regia terrificis ſpecubus, tenebriſque recondit?
Nec metuit cœleſte iubar? non ſenſit honores?
Scilicet inuictos ſua per diſcrimina Patres
Ardua componet virtus; cùm Roma videbis
Elata imperia, & triplices attollere faſces
Non Capitolini nudato è culmine ſaxi,
Sed Vaticano ſupremi è vertice collis
Sacrorum dominos cœleſtia iura ferentes.
Cum procul extremas hominum mirabere terras
Atque acclinatis venerantes gentibus Indos.

Pontificum Romanorum dignitas & maieſtas.

Sediam Legatus ſtridentum in tecta ferarum
Venerat. Occurrit venienti, & iuſta ferenti
Oſcula Marcellus, cui ferro euincta ſeniles
Crura retardabant greſſus. ipſe arida turpi
Obſitus ora ſitu, & macie ſqualentia Præſul
Sepoſa miſerandus obit vix gauſape membra;
At deformato viuentia ſydera vultu,
Et ſuperos media ſignabat fronte nitores.
Pronus adoratis libauit vt oſcula plantis
Artemius, quãquam ille manu complexus inhęret,
Tunè Pater, lacrymis, inquit, perfuſus obortis,
Autaſti, miſerum, curas? pro cardine cœli,
Quem nutu verſare ſoles, facilique rotatu
Aſtra, ſuper, barathrumq. imis agitare cauernis,
Terraſq. & totum ſubmittere legibus orbem;
Indomitis dare iura feris, & carcere cæco
Te manet hircanas frenis compeſcere tigres?
Cogere marmaricos ad pabula iuſſa leones?
Exuperat ferus ille feras, & ſaxeus ille

S. Marcelli calamitas, & gloria.

Artemij ad S. Marcellum oratio.

Vincit

Vincit ſaxa, tuos qui tantum illudit honores,
Atque parem ſuperis deformat munere dextram.
Vltore Conſtantino occiſus eſt Tyrannus. *At veniet, nec longa mora eſt, cæleſtibus ingens*
Spondet & vltorem te Conſtantinus in armis.
Sanguine crudelis penſabis tu quoque pœnas,
Hiſque Tyranne ferox aſſueſces membra catenis.
At Crucis interea bello cum ſigna coruſcant;
Mecum (credo equidem) ſupplex, genibuſq. volutus
Iracunda rogat placari numina Cæſar.
Ipſe autem Romæ has ſedes, hæc horrida tecta
Inuideo, quæ cœlo æquas Pater. alta dolores
Durabunt teſtata tuos, atque æmula templis
Gemmiferis totas implebunt nomine terras.
Sic ait. Atque iterum rigido dabat oſcula ferro.
S. Marcelli ad Artemiũ oratio. Tum vero vultu irradians, maiorque videri:
Ex quo diuini geſtare vicaria Regis
Sceptra datum, Marcellus ait, *fœlicior vllos*
Non equidem vidi ſoles, quàm triſtibus vmbris
Ferre catenato merui cùm vincula ferro,
Nudus, inops, ſuper officijs oneratus amaris.
HOC terris regnare nouum eſt; ſuperare ferenlo
Obluctantem hoſtẽ, & fragilis breuia aſpera vitæ.
Atque vtinam duros cœlum mihi proroget annos,
Flauia vt aſpiciam mediam vexilla per Vrbem,
Cæſaris & raptos alta ad Capitolia currus.
Vincet, ne dubita, ſuperas quem viſa per arces
Crux præit, ac iuſto deducit ſydera bello.
Sed nos ante malis victos mors inſeret aſtris,
Vnde nouos liceat melius ſpectare triumphos.
Tu vero hæc fruſtra memoras exercita noſtris
Tecta miniſterijs, famuloque miſerrima cultu:
Debeat exiguo nec tantum Roma labori.

At ſibi purpureas iam multo ſanguine ſedes
Sacrauit ſeptem illa iugis, lauroſque reponit
Pugnantum cœlo iuuenum, mortemq. ferentum.
Immo, vlulata feris quoniam ciet hora, iubemur
Cùm celeres onerare epulis ſtabula alta paratis;
Palmiferos, i, viſe locos, vbi corpora ferro
Occubuere, ſacros ſignant vbi tecta cruores.
Ipſe regat Sylueſter iter; tum limine greſſus
Hoc iterum ſtatues, ac Flauia bella reuolues,
Sic factus maturat opus; magnoque parenti
Submittunt capita, aut placido veſtigia greſſu
Ponè legunt, lambuntq. manus, dapibuſq. receptis
Attonitæ gaudent rabiem dediſcere tigres.

S. Marcellus cibo reficit belluas.

Legatus vertebat iter; iuſſuſque per Vrbem
Viſendi ſtudio Patrum monumenta petebat.
Et quo quiſque iugo ſteterit, qua valle voraces
Seu tulerit flammas, dederit ſeu colla ſecuri.
Iamq. fori ſpatia ampla tenent vbi celſa vetuſtis
Porticibus niueas fingebant ſaxa columnas:
Et circum poſitis ſurgebant culmina templis.
Hæc fora, Sylueſter dixit, *quæ mota ferebant*
Sæpè tribunitios populari turbine fluctus:
Chriſtiadum videre manus, moritura tribunal
Cùm pia pro latijs ſtiparent agmina roſtris,
Et ſacra romanus premeret cœleſtia Conſul.
Stabant innumeri, lictorque, & ferrea circum
Horribilis tormenta necis: mox Iudicis ore
Supplicijs deuota cohors ſeu Tybridis vnda
Mergitur, aut flammis, piceique in vertice fumi,
Aut rigido ſub faſce cadit, medijſue theatris
Impleuit miſera ludentes cæde leones.
Vix ea. cum veteri ſubeunt Capitolia cliuo;

Artemius viſit Vrbem & loca Martyrum.

In foro ſæpe habebantur iudicia.

Cliuus Capitolinus, ad quem Carcer Mamertinus ſeu Tullianus.

Et Mamertinas monſtrabat carceris vmbras.
Hoc, inquit, *tenebris inculto Petrus in antro*
Clauiger aſtrorum, terris cum regna teneret
Heu grauibus iacuit deuinctus membra catenis.
Hic quoque ſe liquidis pellucidus extulit vndis
Fons duros inter ſilices: aliena ſacerdos
Crimina vt antiquæ laueret fugientia vitæ.

In Arce Capitolina Templum Iouis.

At Capitolinam noſtri monumenta per arcem
Quot generis manſura manent, templiſq; perēnant?

Simon Magus ſurſum volat è Capitolio.

Hinc iter ad ſuperos magicis promiſerat alis,
Et terra euectas Simon ſamaritide fraudes:
Membraque cantatis triueneficus extulit auris.
Illum plaudentes non vno è colle Quirites
Ore ſalutabant abeuntem, & dona ferebant:
Spectabant ſumma venerātem ex arce Neronem;
Aſtabat contra, & Petrus noua bella ciebat.
Ille vbi vota ferens erexit ad aſtra potentes
Inuicta cum voce manus; mala munera linguæ
Ceſſarunt magicæ, & ſtygio medicamina ſucco.
Quæque Acherontæis aderant prognata chimeris
Et manibus ſcyllæa virum portenta ferebant,
Deſeruere diem. ſubitò, ceu miſſile neruo
Euolat, & verſa deſcendit arundine telum:

Decidit orāte S. Petro.

Præcipitem videre ſenem de nubibus altis
Horrida ſubiectis lacerantem corpora ſaxis,
Et multa rigidas fœdantem ſanguine cautes.
Huc adeo conuerte oculos: Iouis aſpice, noſtris

Templum Iouis Capitolini.

Deteſtata viris, Capitoli & maxima templa.
Anne erit illa dies, cum Flauius impia Cæſar
Expiet, aut ſancto ponat delubra Tonanti?
Reſtitit, obſtupuitque videns Legatus in altas
Surgere cum templis ſimulacra volantia nubes,

Lucen-

Lucentique iubar tectum veſtire metallo.
Iamque adeo tenuere fores, adytiſque recluſis
Maieſtas operum, cœloque haud inuida ſedes,
Et falſi auguſtum patuit penetrale Tonantis.
Iſta Iouis, Sylueſter ait, *quæ fuſilis auro* Statua Iouis Capitolini ex auro.
Effigies Orci furias gratiſsima condit,
Nec magis vlla fremẽs mõſtris habitatur auernis,
Amplexus genibus vetitos, ac vota precantum
Chriſtiadum, & flores, atque impia thura petebat:
Sæpius illuſo gemuit deſpecta metallo.
Ante Iouem duris vinctus cum fratre catenis
Valleriane ſubis: patrioque in limine coniux S. Valerianus martyr.
Cæcilia auxilijs Superos cogebat amicis.
Illi virgineis nectebant ſerta coronis,
Et tibi victrices intexto ſydere lauros.
Tu ſolidas auro effigies, tu ſacra nefandi
Execrate Iouis, reuocas in colla ſecures,
Palmaque fraternas ſequitur Tiburtia lauros. S. Tiburtius frater S. Valeriani.
Sic ait. egreſſuſque alti de culmine ſaxi,
Veſtit vbi abruptas rupes altiſſima cautes,
Aſpice Ianiculum, dixit, *quà martia cingunt*
Mœnia, & accliuis Tiberinum collis in amnem Ianiculum contra latus Capitolij, vbi S. Petrus eſt Cruci ſuffixus.
Deſpectat virides fluuio mordente nouales.
Hinc Petrus æternas, terris auerſus in arces,
Quadrifido ſuffixa leuat dum corpora ligno,
Maturauit iter. Tu vero indigna ferebas
Funera, cuſtodemque Orbis, Patremque necabas
Roma, tuos nec dum ſentis crudelis honores?
Ille, impacatis ſi barbarus irruat armis,
Proruet aduerſas acies. nec Tigris ad vndas:
Imperium trans aſtra feret; procumbere Patri
Cum Reges, populoſque omnes, ſæuumque videbis

Illi

Illi vt templa loces, Circo fugiſſe Neronem.
Tum Pompeianis non longe auulſa theatris
Ludicra Agonali monſtrat Circenſia campo,
Narrabatq. tuas pluſquam muliebribus Agnes
Hic auſis pugnas; tenero virguncula vultu
Obſcænas inter cum raptabare puellas:
Aliger at iuxta ſquamis flammata coruſcis
Pectora, & ardentem tollebat fulmine dextram,
Fulmineos hoſtis vitam expirabat in ignes.
Hinc vbi deſcendère iugo, pulcherrima propter
Auguſti fora ſpectabant: armiſque ſonantem
Vltoremque notant delubra Octauia Martem.
Martis, ait, templo longæuis obſitus annis
Aſtiterat Xyſtus, contortaque robora ferri
Heu per colla gerens Mundi Pater. igne calentes
Ille trahebatur vt delibaret ad aras
Pocula, mactatiſque dapes, & liba iuuencis,
Victima at ipſe cadit, patrio data victima cœlo.
Vnà aderat, ſociumque vocat Laurentius ignem;
Cui mox Vimineo celebratus nomine collis
Naſcentes inter fecunda incendia lauros
Extulit. haud longè tantos mons ſeruat honores.
Nec procul hinc templa aſpicies diſiecta ruinis.
(Et manibus priſci progreſſus Apollinis ædem
Signabat) *peſtes Erebi, molemque ſuperbam*
Roma vbi diſcuſſit, montis tremefacta tumultu,
Phœbus & effractis ſua fleuit vulnera ſaxis.
Impia turba fremit, tantique haud inſcia facti
Fœmina ſupplicio rapitur. Stetit obuia ferro,
Pectore & irriguos fudit Martina cruores,
Virginea vt biberent rubicundos lilia fontes,
Mox & purpureis componeret alba roſetis.

Al-

Templum S. Petri in parte Circi Neronis.

Theatrum Pompeij.

S. Agnes in fornices Circi Agonalis deducta, nūc Nauonij.

S. Xyſtus ad ſtatuam Martis raptatus, cuius Templum in foro Auguſti.

In Viminali mactatus eſt S. Laurētius.

S. Martina Alexandro Imperatore.

Altera cùm ſtarent ſed iniquo altaria Phœbo, S. Priſca Claudio Imperatore.
Diua nouum ſydus tiberinis Priſca puellis
Huc ſubit; horrifico iam tum ſtridentia ferro
Vincula, lictoreſque & circum immane ſonabant
Verbera, ni vetitis libaret pocula ſacris.
Sed ridet, quæ fortis amat tormenta virago,
Inceditque feros. armare in bella leonem
Accelerant: poſuit rabiem, blanduſque ſalutat
Amphitheatrali dominam veneratus arena:
Quam Præſul mauris deuotus corpora monſtris S. Ignatius Traiano Imperatore.
Sacrarat ſuperos Ignatius ante per ignes.
Quid moror? è noſtris latius monimenta triũphis
Vndique collis habet, & habent ſua nomina valles.
Viſit Auentinæ Fœlix peritura Dianæ, S. Fœlix Diocl. & Maxim. Impp.
Fœdaque Niliaco delubra Serapide luſit:
Perſa quirinalis per templa nitentia Solis
Cum ſocio iacuit, vinclis onerantibus, Abdon. SS. Abdon & Sennen Decio Imper.
Regiaque auguſtos vbi dedignata maritos,
Nunc letbi d mitrix tumulo Suſanna recumbit.
Quin extra effoſſas cœtu ſubeunte cauernas, S. Suſanna Diocl. & Maxim. Impp. reſpuit nuptias Maximiani ſucceſſoris.
Et ſubter cæcis habitata noualia tectis;
Oſsibus aut paſſim latos celantibus agros,
Aut noſtro videas tumefactum ſanguine Tybrim.
Ipſa olim pœnis totos laxauit acerbis
Roma ſinus; quodcũque vides, quod vaſta coronant Cœmeteria extra Vrbem.
Mœnia, palmiferos traduxit in æthera ciues.
Nec memorare vacat. me iaſta vocantibus ægris
Arcet cura procul. datus aræ at cuncta miniſter
Expediat. Sic fatus abit. Iuueniſque: *Vetuſtum*
Carmen, ait, *relegam, capiet iucundius aures.*

Vectus ad Italiam Romanam venerat Vrbem S. Petrus venit ad Vrbẽ.
Petrus ſacrorum Princeps. tulit ætheris igneş

Ipſe

Ipſe quoque in Latium, diuinoque intonat ore
Paulus Idumeis obſtrictus membra catenis.
Expiant Romanos. Infeſtam hi luſtrare Vrbem, ſanctoque fluentes
Eloquio ſtygias animis extinguere diras,
Et iuſſu auratis furias auellere templis.
Haud procul Eſquiliæ ſubſidunt iugera vallis,
Vicus Patricius prope Suburram, in quo fuit domus S. Pudentis. Altaque arenoſæ tenduntur tecta Suburræ:
Et Patribus ſua Patricio ſtant culmina vico.
Hic domus, & clari penetralia caſta Puduntis,
Petrus vbi ſacris poſitas operatus ad aras
Deuocat axe Deum cœleſtia verba ſequentem.
Longæuumq. ſenem, totamque ex ordine gentem
Ipſe Pater dextra luſtralibus abluit vndis.
Inde alios, alioſque frequens in fonte ſacerdos
Noui & primi Chriſtiani in Vrbe. Admotis immergit aquis. It Romula pubes
Iam melior: veterumq. focos, & ſigna Deorum
Diruit, & cultos ferit indignata Penates.
Nondum luce pares ſpatijs æqualibus vmbras
Fecerat aurato veniens in vellere Phœbus:
Nec dum Aries iuxtà torquato ardentia collo
Veris odoratis ornabat floribus aſtra;
Chriſtiadumq. manus Capitolia ſumma petebat.
Vnus erat, puris nuper qui lauerat vndis
Crimina: & ingreſſus, magni vt miracula templi
Aſpexit, ſummoque ſimul de colle videbat
Hæ cauſę incendij poeticè inductæ. Tecta ſuperfuſo circumlucere metallo,
Reſtitit, & ſubito iuſtas commotus ad iras,
Exardenſq refert; *Solidum quid ſtructa per aurum*
Obſedere (nefas) furiales templa colubræ?
Ac ſemper, quod fœta armis, quod clara triumphis
Roma viget, Ditis fauces implebit auaras?
Proh ſcelus! At ritus quamuis abolere profanos
Non

Non liceat penitus, ſublataque frangere ſigna;
Eieciſſe tamen Furias, raptoque potitum
Deturbaſſe loco Ditem iuuat. Ite nefandi
Monſtra erebi: celerate fugam: non debita vobis
Tanta metalliferos cingunt delubra nitores.
Vos repetunt flammis exeſa nigrantibus antra,
Par ſceleri meritiſque domus. Quid triſtia ſacra In qua præſertim vigebat Dæmonum cultus.
Et miſeram infeſto confunditis agmine Romam?
Ite, metuque Vrbem diſſoluite; deuia muris
Larua omnis, tremefacta lues procul ardeat omnis.
Dixerat. imperioque viri compulſa potenti
Nigra cohors trepidas extis ſolemnibus aras,
Atque vllo deſerta fugit ſine Præſide templa.
Senſit Roma procul trepidas volitare Megœras.
Non ſecus in campum celeres clamore ſecundo
Si quando glomerantur aues, vbi ſemina foſſor
Sedulus impreſſo nondum celauit aratro:
Mox vnà elatæ fugiunt, cum ſibila longè
Iracunda ſonant, coniectaque ſaxa minantur,
Dilectamq. procul ſpeculantur ab arbore prædam.
Sic & auernales rabido ſtridore volucres
Romanis abiere iugis: colloque trementes
Serpentum ſpiras fremitu mouere minaci;
Erranteſque gemunt, buſtique è culmine longè
Spectant deſertam ſecuris mœnibus Vrbem.
Immanem interea ſtimulauerat ira Neronem Vrbis incendium.
Romuleas delere domos, atque ignibus actis
Septenis dominas incendere collibus arces. Quaſi offenſus deformitate ędificiorũ Nero incendit Vrbẽ, & Neropolim appellare voluit. Sue. Ner. c. 38.
Non placet, auguſto quod bellica nomine regnat
Roma ſuper domitas cœlo iam proxima terras,
Obruat antiquam niſi clara Neropolis Vrbem,
Vitales, veluti Phœnix, rediuiua per ignes.

Inſtar oreſtis agitatus eſt tædis Furiarũ Nero matre Agrippina occiſa,

Claudius Cæſar, quẽ veneno ſuſtulerat. Britannicus Claudij fil.

Nero Cæſ.

Suet. in vita Ner. c. 38.

Tac. lib. 15. Ann. Nero Antij agens non ante in Vrbẽ reuerſus eſt.

Antium nũc Neptunum vocant in ora maritima Latij.

Scilicet ille atrox cum ſæuam in limine matrem
Nigro intentantem ſpectaret lumine tædas,
Incenſa furias quærebat ab Vrbe minantes.
Tu quoque debueras manibus mactata cruentis
Agrippina ferox ſceleratas ſoluere pœnas,
Fœmineumq. nefas nocturno expendere letho.
Quod ſcelus eſt, dominũ terris optaſſe Neronem,
Vt fureret ſcenis iterum Romanus Oreſtes?
Boletos medicaſſe viro, totamque venenis
Impleuiſſe domum? regnis deiecta paternis
Cingeret auguſtam ſoboles ne Claudia laurum.
At natus patriæ exitijs conuertit acerbis,
Nondum materno ſaturatam ſanguine dextram,
Innumeroque tulit furiales verbere viſus.
Ipſa ferum (cæſa turbans cum matre ſopores)
Fulmineis crinita iubis, flammaque trabali
Roma reuerſura torquebat imagine Regem;
Vlta faces, quas ille manu contorſit in Vrbem.
Et iam compoſitas arſuro ſulfure tædas,
Linaque, & antiqui nemoralia robora ſaltus
Congeſsit fugitiua manus: ſeruique ſilentes
Certæ diſtulerant occluſa incendia nocti;
Cæſaris imperio Roma interitura gemebat.
Ille ſed egreſſus, tepidi per littora ponti
Ibat ouans populi excidijs, & clade futura;
Antium ad æquoreos recubat quà nobile fluctus,
Otiaque hibernis nutrit placitura diebus:
Littoreiſque iugis placidaque tepentia bruma
Mœnia tyrrhenæ Thetidos ſtringuntur arenis.
Hic Nero dum ſtudijs rigidum crudelibus annum
Aſperat, & tragico proſcenia ad alta cothurno
Perſonat infami cithara, palmamque repoſcit;

Ecce

Ecce per obſcuras trepidum vox impulit vmbras
Et geminæ dederunt oracula dira Sorores.
Templũ erat horrendis adytis,opibuſq.vetuſtis,
Et populi donis,centumque inſigne columnis,
Araque Fortunam titulo ſacrabat equeſtrem.
Hinc Roma, hinc Cæſar, Latiumq. referre ſolebat
Certatim incertis reſponſa ſororia linguis.
Ipſi inter ſe ſe partiti munera ciues,
Inque vicem ſtygio ſatiati corda furore
Aurea portabant ſolemnis fercula pompæ:
Et ſimulacra ſuper gemino muliebria vultu:
Ancipites tacita ambages tum ſorte trahebant,
Et miſſas ſine voce notas. Sed nocte ſilenti
Ipſa flagellatum crinali verbere ſignum
Tum fortè ingentes Alecto effundere voces
Iuſſerat: *I, CAESAR, dignas te concipe pœnas:*
Immiſere faces alij, neve igne deuſtam
Tu Romam fauſto renoues, incendia miſcent.
Chriſtiadum ſcrutare genus, dede ignibus atris
Auctores ſcelerum, & flammis vlciſcere flammas.
Nec plura his. pauidam ſed didita fama per Vrbem
Principis obſtructas penetrat velocior ædes.
Ille furit, flammaſque ſimul, Diuoſque monentes
Execratur atrox; nec denſo ex agmine quiſquam
Scitanti cauſas aperit, vel carmina ſoluit.
Aſt eiecta cohors inferni lurida monſtri
Poſtquam Romanæ delubra reliquerat Vrbis,
Ardet inops,iraq. fremens. iamq. agmen Auernis
Auxiliare mouet, ſtat cunctas ſumere pœnas,
Innocuumque genus crudeli immergere morti.
Non illi fraudes deerant, arteſque nocendi,
Mille nocẽdi artes, fraudum quoque nomina mille.

Fortuna ibi duarum ſororũ effigie colebatur.

Simulacrum portabãt effigie duarũ ſororũ, tum iactis ſortibus ferebant reſponſa.

Monuerunt ſortes Antiatinæ, vt caueret Suet. in Calig. c. 57

Ergo vnum è numero Princeps ſibi ferreus omni
Mōſtrū immane legit, rapidū quod mœnibus ignē
Exitiumq. ferat, mediamq. infundat in Vrbem;
Hinc fore principium, fœcundaque ſemina pœnis.
Dæmonis tetra effigies. Euolat infrendens oculatis protinus alis
Bellua, terribili præfixaque cornua fronti
Subrigit: ore nigros fumoſque eructat, & ignes;
Pectora flammiferis horrent ſquamoſa ceraſtis:
Angue ſonant, vncæque manus incendia portant.
Iamque propinquabat muris, cum fortia ſenſit
Obſtare imperia, & dextræ data iuſſa potentis,
Tutaque inaſpecto defendi mœnia vallo.
Sæuit, & horrendis colubri dant ſibila linguis.
Inde nouis ſe conſilijs, flammataque verſat
Corda: furit penetrare vias, adituſque negatos
Et totis erebi reſcindere mœnia monſtris.
Obſcuris tum forte diem nox clauſerat vmbris,
Educenſque nigros aruis ſtellantibus axes,
Vrgebat ſaturos caligine vecta iugales.
Dæmonis indignātis oratio. Huic mōſtrum comes ire parat; tumidumq. furore:
Tu quicunque fugas noſtris digniſſime pœnis
Haud prohibes, dixit, *quod lex æterna Tonantis*
Ire iubet. Noctem, noctiſque volantia ſigna
Tu ne vales raptis cœlo ſubducere frenis?
Ibo comes, moderatus equos, perque alta volantes
Roma ſuperductos mirabitur ire iugales.
Currū, quo nox vehebatur. Sic fatus, maturat iter, celerique ſatelles
Summa petit, ſaltuque graues leuis inſidet axes.
Expauit ſubitò venientem, altiſque fauillam
Fumiferam, & ſtygios ructantem faucibus ignes
Nox tremefacta rotis, vultuſque & lora retorſit.
At monſtrum ardentis celatos pectoris angues

Pau-

Pauliſper cohibet, flammaſque & ſibila condit:
Tum frenos immiſit equis, & ſumma citatos
Compulit impreſſo tranſmittere nubila ſulco.
Nox ſimul inuehitur, gelidi cui ſæua pauores
Frigora congeminant: & quamquã offuſa tenebris,
Ora tamen trepido liueſcunt pallida vultu.
Quin etiam ex imis tellus excuſſa cauernis
Horruit auctorem; nigreſcere denſiùs vmbras
Mirata, & triſtes miſceri horroribus auras.

Quo & ipsũ vehitur non ſine timore noctis.

Sydera iam celat currus, quà culmine cœli
Thebanæ irradiant immania pondera clauæ:
Preſſus & Herculeo longum pede ſibilat anguis:
Mœnalias flexu mox interlabitur Arctos.
Hinc Tybrim, & pauidã ſpectat cũ flumine Romã
Bellua; & ardentem patrij Phlegetontis ad vndam
Succenſas vt dextra faces exerta ferebat,
Demiſit pluuias excuſſo torre fauillas,
Ac veluti piceos, tædis rorantibus, ignes.

Hercules in ſphæra obliqua aſcendit ſupra verticem romanũ.

Non aliter iaculi in morem demiſſa coruſcant
Sydera, cum flagrat volucris, lapſuque ſilenti
Lucida in obſcuram iaculatur Acontia noctem.
Roma hauſit bibulis delapſa incendia muris.

Circus erat, refluo ludos vbi vertere curſu,
Et pubes Romana rotas agitare ſolebat:
Leniter accliui quà ſylueſcentia dorſo
Regis Auentini demittit culmina collis:
Quàque Palatinum tectis radiantibus ædes
In zephyros auguſta leuat: ſpatioque patenti
Suppoſitam magna caueam complectitur vmbra.
Nunc quoque ſtat moles, veterique exercita ludo:
Structa ſuis ſed enim melior ſtetit illa ruinis,
Ignibus è medijs ſurgens, cinerique ſuperſtes,

Tac. loc. cit. initium in ea parte circi ortum, quæ Palatino Cœlioq. montibus contigua eſt.

Domus Cæſarum imminebat Circo occidentem verſus.

Hic primùm concepta lues: hic lapſa reſedit
Tœnarei fax nigra rogi, quà longa recuruo
Se capite obliquat moles: ſubitoque ſonantes

Id. Impetu peruagatum incendium plana primũ, deinde in edita aſſurgẽs

Immiſit per aperta Notis ſpirantibus ignes:
Auxerunt primas dein turba Neronia flammas.
Iamque vndabat edax facibus, ſummiſque ruebat
Tempeſtas immiſſa iugis, atque alta voraces
Euoluit ſublime globos, aut vortice rauco
Vallibus ima furit. tectis aurata vetuſtis
Robora inardeſcunt, præbentq. ſuperba cadentes
Nutrimenta domus: caſu glomerantur acerbo,

Suet. loc. cit.
Domus priſcorum Ducum arſerũt: Deorumque ædes.

Antiquos teſtata Ducum monimenta triumphos.
Quin etiam Diuûm titulis inſcripta nefandis
Et nuper delubra ſuis dilecta colubris
Monſtrũ immane videt facibus depaſta ſupremis.
Vidit, & ingemuit: pariterque inuoluere flammis
Cuncta iuuat. Iam Cæſarei flagrantia montis

Palatiũ Cæſarum.

Tecta cadunt, latiſque iacent collapſa ruinis.
Iam Veſtam, & priſcos incendia fuſa Penates,

Templum Veſtæ.

Euandri Herculeas paſcuntur & Arcadis aras,
Atque Ioui ſtantem votis regalibus ædem.

Ara & Templum Herculis.
Iouis Statoris.

Roma nec ardentes ſeruare miſerrima ciues,
Nec plorare ſuos potis eſt in fũnere caſus.

Tacit. lo. cit.

Spectabant miſeri cladem, ſed mœſta Quirites
Ora premunt. Primum gemitus, lamentaq. condit
Clauſa dolor; mox impulſo velut aggere torrens
Cum ſonitu erumpit, ſtrepitumq. irritat aquarum:
Heu quantis nocturnæ vlulant clamoribus auræ;

Crebris multorum minis reſtinguere prohibentibus.

Et quia fas liquidos nulli deducere fontes,
Succedunt lacrymæ, & rorantia nubila vultus
Aſperſere rogos: queſtus plangorque cadentum

Idem lo. cit.

Ærumnæque graues, vnà & miſcetur egeſtas

Con-

Conſumptis gauiſa opibus: quæque horrida late
Funera mors ſtridens fumantibus aggerat aliis.
Vix Senonum furiæ tantum; vix Gallica quondam
Sic hauſtam flammis rabies bacchata per Vrbem.
Ipſe autem hiberni reſidens ad littora ſolis
Otia Cæſar atrox lucis agitabat amœnis:
Quãquã animos turbat ſtrages properata furẽtes.
Ecce quirinali veniens à Conſule miles
Nuncius obſtructas Regis tandem impulit aures.
Namq refert, *inter piceos ſtridentia fumos*
Alta palatinos incendia paſcere montes,
Cæſareoſque lares, quæque ipſe immiſerat aſtris
Culmina. Romano ſi tanta in Principe virtus,
Viſat, & auxilio ſubeat. Sic fatus amaris
Exacuit ſegnem ſtimulis; Tiberimque calentem
Aduolat extemplo Cæſar. Iamque ipſe videbat
Surgere per medias fumoſa volumina nubes,
Inuoluique globis flammarum vndantibus Vrbem.
Accelerat, collemque ſubit. Penetralibus altis
Peſtis edax, ardorque inerat, populataque paſcit
Limina: terribili iaculatus in æthera fumo
Æſtuat igne vapor, colliſaque verberat aſtra.
Nec minus & rapido ventorum turbine gliſcit
Exitiale malum, muriſque ambuſta ruinam
Saxa dabant; totis ſpirant liquefacta metallis
Signa Ducum, & mixto labuntur flumina riuo,
Pictaque erythræis pereunt laquearia gemmis,
Inque ſuos cineres moles auguſta recumbit.
Ille autem (heu viuax Romanæ dedecus aulæ)
Verior haud vnquam viſus Nero. Tecta vorantes
Aduertit non ille faces, non ille querelas
Aut circumfuſi ſenſit miſerabile vulgi

Qui totam Vrbem præter Capitolium incenderunt.

Neque tamẽ ignes ſiſti potuit, quin & palatium & domus, & cuncta circũ haurirentur. Tac. loc. cit.

Palatinum in quo erat palatiũ Cæſarum cui cõtigua domus aurea Neronis.

Exitium, ſpreuitq. preces, turbamq. precantem
Tendentemq. manus, lacrymaſq. eluſit inanes
Durus, & eſquilijs fugiens ſe condidit hortis.
Stabat in excelſum turris, quam vertice ſummo
Pulſantem zephyros hortenſi eduxerat aruo
Mæcenas: vulgi amotis Auguſte ſepulchris
Dum iuga ad Eſquilias aperis Romana ſalubres.
Huc alta veniens ſpectabat mole Tyrannus
Ardentem patriam; & miſeræ mala funera Troiæ
Imbelli cithara fidicen, cantuque ſonabat,
Regia inauratis mentitus crura cothurnis,
Et phrygia Priamum ſimulans in veſte cadentem.

Horti Męcenatis cum turri.

Amotis ſepulchris purgauit Eſquiliãs Auguſtus. Suet. loc. cit.

Incendium è turri Mæcenatiana proſpectans Iliũ decãtauit ſcenico habitu.

CONSTANTINI
LIBER V.

ARGVMENTVM.

Narratur prætextu feralis incendij Vrbem à Nerone ſupplicijs, laureiſque Martyrum fuiſſe nobilitatam. Tum Artemius ad Pontificem reuerſus peracta à Conſtantino bella in Germania, Galliaque, tum quæ poſt Crucem in cœlo viſam, expreſſamque in Labaris perpetuo victoriarum tenore geſta fuerant, exponit.

POſtquam Roma ſuos conſumpta extinxerat ignes,
Æternaſque ſibi metuit feciſſe ruinas,
Ardentem furijs plebs iracũda Neronem. Tac. loc. cit. Non decedebat infamia, quin iuſſum incendium crederetur.
Romanique Patres, Italæque per oppida gentes
Inceſſunt, hoſtemque vocant. *Hunc ignibus actis*
Inflammaſſe rogos patriæ, tædaſque furenti
Conieciſſe manu: Cineris miſeranda latini
Buſta ſuper tu fœminas agitare choreas,
Ludere tu ſcenis latios lacrymantibus ignes,
Et Romam tragico voluiſti excindere cantu.
O' furia, ò iuſtis furiarum exercite flammis.

Non

Non tulit impatiens, iterum parat ignibus ignem,
Et ferus infandum ſubducere crimine crimen.
Haud latuere trucē, populo clamāte, Tyrannum
Qui prima eluerant decerptam ex arbore peſtem
Fontibus auſonij ciues: atque agmina paſſim
Proiecere Deos, ſanctum venerata Tonantem.
Illorum ſimulat iactis incendia flammis
Exitiumque parat generi. Volat Vrbe ſatelles
Ocyor, auellitque fores, & opaca domorum
Scrutatus, tota raptabat in Vrbe cateruas.
Iam pia turba foro vinclis, ferroque ſonanti
Nexa trahebatur, grauibus cui membra catenis
Stridebant, manicíſq. manus. Non, marte ſecundo
Victor in aduerſas ſi quando irruperit arces,
Dura catenatis tot conijcit æra maniplis,
Plenaque captiuos claudunt tentoria ciues:
Quot tēplis, quot vincta foris, domibuſq. Quiritum
Agmina ducuntur, chalybumq. coërcita nodis.
Et circum populi illudūt, & acerba repoſcunt
Supplicia: Extimulat Princeps clamoribus iras.
Nox aderat terris, comitataque triſtibus auris
Præcipites toto decuſſerat æthere flammas:
Prælia ſed praſinus Cæſar nocturna mouebat,
Accenſis viſenda focis: nec dignior vllas
Emeruit curſu palmas Nero. Cæſaris hortos
Germina ſeruabant viridantibus herbida ſeptis,
Quà Vaticano camporum ex æquore collis
Naſcitur, & longo ſuper arua tumeſcere dorſo
Incipit. hic ſtructo certamina ponere Circo
Cæſar, & in noctem ſtellis cælantibus ignem
Eſſeda per ſeros agitare Neronia ludos.
Stabant ære graues circū, nemorumq. tenebant

Innexi

Tacit. Ibid. Auctores Chriſtiani, & Martyrolog. die 24. Iunij.

Nero enim fauebat factioni praſinæ.

Tac. loc. cit. Hortos ſuos ei ſpectaculo Nero obtulerat, & Circēſe ludicrum.

Innexi truncos & grandia pondera ferri:
Quadrifidaſque Cruces lictor, clauoſque trabales
Atque omnẽ intẽtat peritura per agmina mortem.
Iamque quater ſecto tendentes brachia ligno
Erexere trabes, ſuffixaque membra dedere.
Aſt alij diſtenti artus, aut arboris altæ
Stipite pendebant, ſubiectiſque ignibus omnes
Accepere ignem, fumoſque faceſque tulere.
Nec modo circenſes vincebat lumine noctes,
Sanguineaſque cohors moriens illuſtrat arenas;
Sed fora defixis trabibus, ſed cuncta tenebat
Compita, & immenſam flãmis fumãtibus Vrbem.
Sic adeò ſeptem lucere per ardua montes
Et cliuos, valleſque cauas videre Quirites,
Et pauidum late ripis ardentibus amnem.
Quis fuit heù furor? heu diræ ſpectacula noctis?
Corpora tot paſsim truncis affixa cruentis
Viua ſuos fecere rogos: cinereſque cadentes
Terra legit, tumuli iuſtos neque ſoluit honores.
At vobis, Animæ illuſtres, cognata beatis
Syderibus tum flamma dabat fugere ima fugacis
Regna ſoli, miſeraſq. domos, mundumq. iacentem,
Atque immortalem cœlo prætexere lucem.
Clariùs hic fulgere datum eſt, propiùſque Tonãtis
Vitales haurire faces, æſtuque perenni
Ducere perpetuos per amata incendia ſoles.
Vos tellus ardere dedit lucentibus vmbris,
Cum ſociæ tormenta manus, parilemque ferentes
Supplicio laurum, cœlo ſubiere patenti:
Et legẽre nouas veſtra inter lumina palmas.
Namq. per illuſtrẽ flagrant dum corpora noctem
Ludicra Romanus renouat ſpectacula prædo.

Martyres Cruci affixi ſunt. & viti in vſum nocturni luminis.

Tac. Crucibus affixi, aut flammandi, atque vbi defeciſſet dies in vſum nocturni luminis vrerentur.

Vndi-

Vbi Horti & Circus Neronis, nunc Téplum S.Petri

Vndique conueniunt: domibuſq. egreſſa paternis
Trãs Cãpum, læuum & Tiberim ſe turba Quiritum
Ad Vaticanos denſo rapit agmine lucos,
Cæſareoque implet conferta ſedilia Circo.
Ipſe inter primos media certator arena
Emicat elatis Princeps auriga quadrigis:

Tacit. Nero Circenſe ludicrum edebat habitu aurigæ.

Septenoque volans metam fugit orbita curſu:
Cæſar. & infames ſuſpendit ab axe coronas.
Inde feras in bella vocat, reſolutaque vinclis
Corpora ab occultis iubet emigrare cauernis.
Iam leo, & impaſtæ meditantes vulnera tigres,
Pardique aſſultant, miſſuſque cubilibus atris
Ibat aper, rictuque famem, rabiemque fremebat.
Parte alia ſacrata cohors, deuotaque cœlo,
Occultis caueæ moritura reconditur antris.
Non ea tercentum validis aſtricta catenis
Membra trahit nexo chalybum ſtridentia ferro;

Tac. Vt ferarũ tergis cõtecti laniatu canum interirent.

Aſt habitu induitur, formas imitata ferarum,
Monſtraq. mutato ſimulat nemoralia cultu.
Horrificis pars cincta iubis, pars horrida ſetis,
Pars ſeu dente minax, ſeu cornu armata recuruo,
At ſæuire ſuis, & figere neſcia telis:
Sola noui portans irritamenta furoris,
Vt paſcat ludos morſu lacerata cruentos.
Iamque gradus circum populus qui celat apertos,
Funera ſanguineæ crudelia poſcit arenæ,
Deplorantq. famem cauea trepidante leones.

Poſt ludos curules in Circo, [illegible]terdum ſyl[illegible]ę cũ feris inductæ

Ecce autem ſpecubus deſcẽdens terra profundis
Subter, & emoto fugitiua recedere campo.
Nec metuunt populi, ſed humum riſere cadentem,
Aſſenſuque fremunt vario, cùm fœta vorago
Ora truces mentita feras, armentaque paſſim

Extulit

Extulit arboreas inter naſcentia frondes.
Et qua puluereos auriga immiſerat axes,
Emergit ſylueſtre pecus, coryloſque comantes
Præcipiti attollunt creſcentia pegmata fundo:
Sic adeò ſtabiles iterum commiſit arenas
Iam ſolida compage ſolum: cinctuſque ferarum
Circenſi ſtetit exuuijs exercitus aruo,
Et ſimili informes imitatur imagine vultus.
Luſtra caledoniæ non ſic gelidiſsima ſyluæ
Monſtriferos pauere greges: ardentibus oris
Non armentales ſic germinat Africa partus;
Denſa virum veluti dubios fallentia viſus
Agmina perſtabant, villoſaque vellera tergo,
Hircinaſque iubas, aut cornua fronte ferebant.
Hi leporum ſimiles puerilia membra figurant:
Nec celeres abeunt, tardat ſed cura morantes
Cara necis. Prompti veniunt ad vulnera damæ.
His fruticat ceruix, ramoſaque cornua torquet,
Solaque mentitur veniſſe in prælia ceruos.
Eductos alij teneris ab ouilibus agnos,
Caprigenoſque mares,& amantes prata capellas,
Aut tecti vitulos, ſobolemq. imitantur equinam;
Sed curſus odere leues, campoque recumbunt:
Nec vitulis cura eſt viridantes carpere frondes,
Prima ſupercilio teneræ queis cornua frontis
Erumpunt. quin & camuras pellita laceſſunt
Membra boues, varioque notant pecuaria tergo.
Aſt alij patrijs aſſueta trionibus ora
Aſſimilant: leuibus certantes corpore capris,
Cornibus exutas, proceras auribus Alces:
Iactatiſque iubis tauros ceruice comantes,
Aut menta hirſutis agitantes hiſpida barbis.

Caledonia ſylua in Britannia.

Martyres variarum habitu ferarũ expoſiti in Circo Neronis.

Nec tamen illarum mores exprimũt

Illa

Illa quoque immanes vrſos, agmenque luporum,
Setigeroſque ſues, catuloſque, truceſque moloſſos
Nox imitata tulit. deſerta Libyſtidis oræ
Siquæ terrificant formæ: quæcumque per Indum
Flagrantem eoæ variant fera corpora ſyluæ.

Ergo vbi grex media iacuit ſimulatus arena,
Ferę inuadũt Aut ſtetit impauidus: prædatoreſque magiſter
Sãctes viros. Cum tigribus mouit, pardiſq. lupiſq. leones,
Incurrere; fremor ſimul ingruit, ingruit horror;
Prædantum ſic ora tonant: ſic lumina flammas
Tanta crudelitas etiã ethnicis inuiſa. Interfuſa vomunt: oderunt funera ciues,
Et voluere prius, nunc expauere furorem.
Heu noctem infandam, & duræ ludibria mortis.
Cæduntur paſſim inſontes, & inermia campo
Corpora: crudeleſque natant in ſanguine ludi:
Crebreſcitque virum ſtrages, ac denſa iacentum
Funera. Sed creſcit moriendo, & cruda ferendo
Martyres trucidati vorantur à feris. Mortis amor, cupiuntque nouos ſæuire leones.
Dentibus hi, morſuque cadunt: hi flumen apertis
Euoluunt iugulis, & inundant ſanguine fauces
Vulneribus patulis inhiantum, & colla tenentum.
Hi præbent auidis diſcerptos vnguibus artus:
Expirant alij, clauſæ quibus ima premuntur
Spiramenta animæ, fractique per oſtia cordis
Spiritus ætherias fugit eluctatus in auras.
Quorum inſigne mortis deſiderium. Cuncti adeò immanes ſtimulant, epuliſque cruētis
Irritant ſine more feras: agit ira, fameſque
Multa cæde graues: rapiunt, lacerantq. vorantq.
Oſſaq. fracta terunt, auulſaq. viſcera paſcunt,
Proijciuntq. artus: altæ nunc ſtragis aceruos
Horrendum ſpectaculum in ludis. Ingentes cumulant, & viuis mortua iungunt.
Corpora nunc toto ſparſere trementia campo,

Impul-

Impulſuuè elata rotant, deiecta ſupinant,
Trunca ſecant, putri verſantque fluentia tabo,
Et dapibus, falſæque explentur imagine formæ.
Nec tamen ò fortes animæ, crudelia paſſis
Tũc nocuere Tigres. Tantvm eſt ſibi quiſq. nocẽdi
Auctor. Ab externis haud horret vulnera telis,
Prælia qui tentat ſuperis defenſus ab armis, Sanctorum mortes, & gloria.
Se melior, tutuſque Deo. Vos bella triumphis
Ornauere nouis, feſtoque per aurea curru
Sydera cœleſtes dederunt frenare leones.
Non ibi lapſuræ prætervolat orbita vitæ,
Nec breuibus ſpatijs cita luditur. Omnis in æuum
Parta quies, ſtabiliſque manens ſine fine voluptas.
Non vllas ibi ferre vices, habituque decoram
Sylueſtri, ſenioque licet mutare iuuentam:
Clara immortales vbi veſtimenta per artus
Lux obit, & toto cum ſole infuſa coronat. (bãt
Hactenus hęc. neque plura viro relegẽda mane-
Iamque reuertentes iterum ſecreta ſubibant
Incluſis damnata feris: atque hoſpite lætus
Marcellus curis animum releuabat acerbis.
Carcer erat, cameriſq. humilis ſqualentibus ædes, Redit Legatus ad S. Marcellum.
Scabraque pumicibus, denſiſq. inculta tenebris.
Hoc habitat limen mundi Pater. Oſcula figens
Huc pedibus ſacris, ſeſe Legatus agebat:
Non lacrymis libata carent, non oſcula dictis.
Vidi Romuleis ſublatas molibus arces
O Pater, immenſique ſimul miracula mundi.
In Tiberis congeſta ſinum. Domus æmula ſolis
Nulla ſed inducto mihi viſa nitentior auro, Maieſtas locorũ qui SS. virorum martyrio conſecrati ſunt.
Altior aut ſummo faſtigia condere cœlo;
Quam depreſſa ſolo, cæcoque hæc carcere ſedes.

Tecum

Legati religio, & veneratio erga Pontificem.

Tecum auguſta micat, ſublimis & aſtra laceſsit;
Tot ſtabulo irradiant, vincliſq. ligantur honores.
Noſtra ſed accurrens feret hanc Victoria laudem,
Quod procul excuſsis latia ceruice Tyrannis,
Romanos ſolio Patres gemmante locabit,
Frenantes magnum è tectis regalibus Orbem.
Plura loquuturo Pater obſtitit: oraque ſoluens,
Euenient, inquit: *tantique altiſsima facti*
Gloria tarpeiæ ſuperabit nomina palmæ.
Sed nos iſta feris dilecta tenebimus antra,
Vnde triumphatis ſe ſpiritus inuehat aſtris.
HIC ſerui regnamus: habent hæc regna perennes
Imperij faſces, totoque palatia cœlo.
Hinc fragilis momenta volant fugientia vitæ
In caput æternum, primæque immobile lucis.
Dixit, & oblatis anguſtæ ad munera cœnæ
Inuitat veſci dapibus, nec ſpernere menſas.

Quadrageſimale ieiuniũ

Tempus erat, quo iuſſa fames, epuliſq. remotis
Verna quaterdenos implent ieiunia ſoles.
Ipſe Deus quondam, puros vbi flumine viuo

Quo primum Chriſtus Dominus ſe afflixit.

Perfuſus lympha Iordanide lauerat artus,
Aruaque deſertis aduenerat auia luſtris,
Rupe vel aëria, nemoriſue horrentis ad vmbram
Heu ſolus noſtræ illacrymans miſerabile morti,
Haud voluit libare dapes, miſitque piandos
Sacrata in populos breuibus ieiunia menſis.

Ieiunantium cœna.

Hoc adeo tenuis producta eſt cœna paratu,
Hortorumque oſtendit opes, amniſque, mariſque
Squamigeram prolem: quæq. anni admorſa rigẽtis
Frigore ſanguineos educunt mala rubores.
Legatus gaudet ſacro inter pocula cultu.
Solis vt occidui parcæ data tempora cœnæ

Cra-

Craſtina te, Marcellus ait, *fortiſsime ductor*
Lux procul arcebit romanæ à mœnibus Vrbis.
At Conſtantinæ nondum clariſſima famæ
Carceris obſtructas intrauit gloria ſedes:
Quæque canit, memorique æuo mirabitur orbis,
Arma ſilet Tiberis dominis oppreſſus iniquis.

Poſtulat Pōtifex Marcellus, vt ſibi facta Conſtantini enarrentur.

Ergo age facta refer, nam tu pars maxima belli
Victor in Auſonios Aurelia ſigna coruſcas,
Cæſareamque rigas hoſtili ſanguine laurum.
Legatus contra: *Pater ò quodcumque iubebis*
Accipio. quamquam Magni quis facta reuoluat
Cæſaris, aut paruis ingentia laudibus æquet?
Te vero expectata ſalus, & Flauia virtus
Sollicitant: Fidei te iam creſcentis amores,
Relligio, Pietaſque mouet: ſtudioque iuuandi
Adſe ſe acta trahunt, animo ventura videntem.
Dicam equidem, regnique attexam exordia bellis.

Artemius narrat res geſtas Conſtantini.

Vix dum maturo fortunatiſsimus æuo
Mortales vitæ Conſtantius exuit annos;
Filius arctoas cum Conſtantinus in arces
Extulit auguſtos mundi de culmine faſces.
Ille quidem (imperij ſedes vbi fixerat æquas,
Et pius è domitis mittebat iura Britannis
In populos Romana pater) ſeſe induit oſtro
Regales inter fratres clariſſimus hæres.

Conſtantius in Britannia mortuus eſt; ibique factus eſt Imperator Conſtantinus.

Optarat genitor, cum ſpiritus ægra recedens
Iam prolapſuræ diuelleret oſtia vitæ,

Euſeb. in vita Conſt. lib. 1. cap. 15.

Dextram in regna parem, nihil & virtutis egëtem
Quærere. Magnanimi ſuperaſti ardentia cordis
Vota pater. Iuſtas mundi recturus habenas
Conſtantinus adeſt, cui ſe præſtantior alter
Non auſis paribus, paribus non conferat armis.

Patre iā morituro ſuperuenit Cōſtantinus.

H *Tu*

Tu quoque ſublimis liquidas quocũque per auras
Inueheris curru genitor, procul aſpicis æquis
Certantem ſtudijs natum, & maiora gerentem
Nomina, virtuteſque habitu cultuque ſacrantem.
Virtus Conſtantini. *Ille ingens, lingua ille potens, atque ora decorus*
Euſeb. lib. 1. vit. Conſtant. cap. 13. *Emicat. auguſtis non qualis nata coronis*
Veſtit forma duces: formidatamque ſub armis
Nazar. in Paneg. ad Conſtant. *Purpureo Heroes pingebant flore iuuentam.*
Quale ferunt quondam ſimulati in corporis artus
Cœlicolæ iuuenile decus; cum iuſſa frequentant
Orbe miniſteria, & ſtellantem ſydere crinem,
Atque habiles cingunt humeris fulgentibus alas.
Cõſtantinus egregius bellator. *At non belligeras artes, Martemque tremendum*
Frangit maieſtas; illi ſe plurima miſcet,
Fortis & inſueto conſpirat robore virtus.
Ergo non illum pelago pulſata ſonanti
Littora: non Borea fluctus equitante minaces:
Regna Ducum latè non coniurata coërcent.
Protinus inuexit trepido victricia ponto
Agmina, & innumeris intendit claſsica velis.
Euſeb. in vit. Conſt. lib. 1. cap. 19. *Primus ad occurſum fluitantis in æquore belli*
Expauit, tenuitque tremens duo cornua frontis
Rhenus, & infeſto de gurgite rapta retorſit
Naz. in Pan. ad Conſtant. *Flumina. Germanæ per caſtra, per oppida gentes*
Arcebant terris, portuſque adituſque tenebant.
At velut obſeptus nebulis humentibus æther
Mane ſub obſcurum rorantibus accubat aruis:
Et ſtruit inſidias pomis lactentibus humor,
Donec ab occultis ſol fluctibus extulit ora,
Humenteſque dolos nebuloſaque terga remouit.
Flauius haud aliter Cæſar vix lumina longe
Obuia detexit; propiorque illuſtribus alnis

Effudit

Effudit cum Marte iubar; cecidere feroces,
Aut ceſſere locis acies: Exultat ab vndis
Miles, & infracto potitur Germanica Rheno
Littora. proiecto pereunt ardentia vallo
Caſtra: patefactas ferro penetratur in arces,
Et priſcæ populantur opes; non flumina foſsis,
Ardua ſuſpenſis non obſtant oppida ſaxis;
Iuraque certatim populi, ſeptemque trionum
Implorant pauidi ponentes fœdera Reges.
Gallus at indomita cuneos ceruice rebelles
Obiectat, dociles que iugum fregiſſe Britanni,
Præueniuntq. Duces ſubeuntem in prælia gentem.
Arduus horrificat campum Comes: arduus vna
Aſcaricus equo, ſquamiſque, & caſside fulget.
Nec Cæſar cunctatus adeſt; bella, aſpera bella
Conſerit, immittitque acies, & prouocat iras.
Vt tigris eoi populatrix effera ſaltus
Errat, & immites nemorum dominatur in vmbras,
Donec ab ignotis Rex protulit ora cauernis
Iura leo poſiturus agris: tum pulſa ferarum
Inclinat rabies, tigriſque, elephaſque recedunt.
Flauius haud aliter meditans certamina Cæſar
Iam deceſſuros cladem portabat in hoſtes.
Et domitis leges, ac iura nouiſsima Celtis.
Prælia iamque tubæ, iamque accendère cadentum
Funera: funeribuſque irarum extinguitur ignis.
Nec longum datur arma pati. fortiſsima bello
Pubes, quam liquido Ligeris, quã Sequana fluctu,
Sparſit Aquitano rapidus quam fonte Garumna,
Sanguineis lauitur riuis, aut verſa patentes,
(Spes adeo iam ſola fugæ eſt) dat terga per agros.
At miles profugis, & Flauius imminet enſis;

Conſtantini de Germanis victoria.

Naz. in Pan. Tu ferociſſimis Regibus Aſcarico, & Comite captis.

Gallos vincit ſubigitq. Conſtantin.

Fluuij Galliæ.

Tela, ducemque timent, ſternuntq. tumētia corda,
Dantque manus victas, & iuſſa capeſſere gaudent.
Ipſi inter primos iam non regalibus armis
Captiui incedunt Reges: queis bella ſequutis
Flauia creſcit honor: factiſque adiuncta ſuperbis
Gloria. Pacales Franci perlabitur oras
Mox ſecura quies, ferrumque oblita iuuentus
Accipit auguſtas meliori munere leges.
Sic adeo imperijs ſe Conſtantina quietis
Inſtruit, IPSA ſibi componens præmia virtus.

Panegyr. ad Conſtantin. Euſeb. lib. 1. in vit. Conſt.

Maſſenti interea furijs agitata cruentis
Roma gemit, queriturque ſuas caſura ruinas,
Vltoremque vocat. Nuſquam conſtantior arma
Conſtantine moues, quam cum te publica Mundi
Iura docent frenare malos, abolere tyrannos.

Conſtātinus mouet aduerſus Maxentium.

Continuo Italiæ palmas, Vrbemque volutans
Signa vocat. Sparſæ Rheno indignante cohortes,
Extremoſque ſinus, & Gallica rura tenentes,
Conuenere: frequens quin & Germanica miles
Clauſtra remoliri iuſſus, vel cingere bello
Oppida, vel poſitis a tergo inſiſtere caſtris.
Flauius hinc emenſus iter, iam venerat oras,
Præcipites Rhodanus quà pellit ad æquora fluctus,
Ingentique, vorans Ararim, tumet altior vrbi.
Ecce autem trepidis legionibus incidit horror,
Famaque commotas prænuncia verberat aures.
Quippe canit, manibus Furiarum elata per auras

De incantatio. Maxētij. Euſeb. lib. 1. cap. 30. in vita Conſt.

Tollere auernales Maxentia ſigna colubras:
Fulmine & armatas Aquilas, rictuque voraci
Commiſtam tonitru flammā eructare Dracones.
Nec ſatis, Italiæ montano quòd iuga dorſo
Inuia, quòd valles iuſsis compleuerit armis;

Hor-

Horrificat Rex bella magis; vallata per artes
Quod ſtygias magico metatur caſtra ſuſurro,
Induiturque fremens cantata veneficus arma.
Extremo Romana ferus quod margine Mundi
Ire in tecta magos iuſſit, qui ſydera cœlo,
Atque infecta nouis ducant elementa venenis,
Fortia nutantes agitent ad murmura terras.
Arcanis idem producta cadauera buſtis
Ore infanda loqui, venturaque voluere bella
Cogit. Inundanti turgentem ſanguine Tybrim,
Et raptum dixere diem: pontoque refuſam
Squamoſi pecoris ſobolem, prædamque natantem
Oblatam canibus, fluuio reuomente, marinis.

Quæ fieri curaret Maxentius per magorum incãtationes.

Et paſſim referuntur.

Hæc ciues paſſim, mileſque, duceſque canebant:
Rumoreſque magis, magis increbreſcere queſtus.
Ipſe autem Cæſar, quamuis ignara timendi.
Obluctans animis, caſus formabat in omnes
Pectora, ſollicito curarum fluctuat æſtu.
Inde vbi præſidijs aderat ſpes nulla repertis,
Expedit ore preces. Sed enim non frigida ſaxa
Non ſurdos vocat ille Deos. in vota Tonantem
Sollicitat, cui vota pater, cum regna teneret,
Obtulit: ignotumque, & adhuc quæſita negantem
Auxilia, extendens palmas cum voce mouebat.

Euſeb. lib. 1. de vita Conſtant. cap. 21. Deum, quem pater ſancte adorauiſſet, ſolum obſeruandum, colendumque ſtatuit.

Terrarum cœlique ſator, quem luce ſerena
Celat adoratum ſuperis penetrale cateruis,
Aſpice me, pauidumque foue, perque aſpera belli
Dirige. non dubitem forti cum milite clauſas
Italiæ reſerare vias: & ab vſque niuoſis
Alpibus Ionias pelagi percurrere cautes.
Aſt inimicus atrox ſtygias ad bella chimeras,
Nutrit, & inferno ſtridens mihi ſibilat angue.

Orat Conſtantinus, ne noceant ſibi Maxentij veneficia.

H 3 *Nam*

Nam quis tænareos auſit tentare dracones`
Mortalis? pugnare datum eſt, ſi milite miles,
Cuſpide ſi cuſpis, ſi frangitur enſibus enſis.
Quid faciam, ſi me Phlegeton rapturus in vndas,
Eructat ripis fluuialem ardentibus ignem?
Da Pater auxilium, diuinaque ſuggere tela.
Et bellatores tibi iam tutare clientes.
Sic ait, inſomnes orando ac decipit vmbras.
Poſtera iamque dies aderat; ſperata ſalutis
Signa colorato quæ deuoluebat olympo.
Iamque poli medium ſol venerat arduus orbem,
Impatienſque moræ Cæſar tendebat amicas
Orat iterum. *Ad cœlum palmas, repetitaque vota ferebat:*
Da tandem cœleſtis opem, da fortia cœlo
Arma Pater, tantas fraudum tu dirue moles.
Audijt omnipotens, liquidique per ardua Mundi
Videt Crucẽ in cœlo, quæ deſcribitur. *Lucis inaurato contexuit aëra velo.*
Compactis adeo facibus ſe bina per axem
Tænia laxauit: bifidoque micantia ductu
Brachia ſignauere Crucem, conſertaque flammis
Quatuor illudunt cedentem lumina ſolem.
Vertice adorantem boream, tum penſilis auſtros
Calce premit: ſubeunt vtriuſque ad limina ſolis
Cornua: collucet naſcentem dextra per eurum:
Læua per occiduos zephyri fax tenditur ortus.
Sic cœlum complexa potens ardeſcit imago.
Obſtupuit Crucis aſpectu, radijſque ſecundis,
Continuitque oculos, tenditque ad lumina palmas
Flauius. At circum fatales marginat oras
Littera: & ille notas inſcriptaq. verba legebat: (di
VINCE per hoc ſignũ. VINCES, vox intima cor-
Addidit: arma cadunt pauidis quo fluxa Tyrannis,

Cedunt

Cedunt monſtra cauis quo debellata profundis,
Et trepidis venerans Styx inclinatur Auernis.
Tum vero ad terram flexo ſe poplite Cæſar
Deijcit: ingeminanſque preces: Tua Maxime, fatur,
Dux ô ſigna ſequor, Regum Deus. ibo per omnes,
Quò me cumq. vocas, gentes iam victor, & omnes
Bellator ſubigam te debellante Tyrannos.
Tu quoque nō partem referes; tibi cuncta triūphos
Agmina deducent, poſitiſque vocabere templis,
Ac tecum vexilla Crucis ſublata per aras,
Et Capitolino vexilla micantia cœlo.
Sic ait. inſtauratque preces, Diuoſque potentes
Vna inclinatis exercitus aduocat armis.
At Cæſar iubet acciri, quicumque furentem
In Martem rapiunt fulgentibus agmina ſignis.
Accelerant cultu inſignes, pexiſque ferarum
Exuuijs: criſtata vmbrat neque caſſida crines;
Sed rictus vinxere comas, & pectora cingunt
Vnguibus horribiles, ſetiſque, iubiſque leones.
Ardua ſuſpenſis componitur haſta figuris.
Hic bellatrices Aquilas accendit in auro,
Hoſtibus aut trepidis tonitrus aut dira gerentes
Fulmina purpureum leuat hic ſublimè Draconem.
Stat ferus, & patulos ad ſibila pandit hiatus,
Deuorat & zephyros anguis, ſonituque remittit:
Datque oculis flammas, ſinuanſq. volumina caudæ
Ipſe flagellatis in ventos diſsipat auris.
Aſt alij formas ſæuorum efferre luporum,
Altricemque lupam teneri memorare parentis.
Nec minus & roſeo ſimulacra micantia velo
Portantur, viuitque ſua ſub imagine Cæſar.
Ergo vbi conuenere: idem ſic ore loquutus.

Promittitur victoria per Crucem Conſtantino.

Et gratias Deo agit.

Signiferi pellibus ferinis tecti vt marmora, & nūmi demonſtrant.

Inſignia vexillorum.

Repreſentantes Lupā Romuli.

Effigies Imperatorum.

Tollite ſigniferi (quid enim mihi fertis inermes,
Non ſuperaturos hoſtilia ſigna Dracones?
Quis modo ſeu Daci, domitæ ſeu Perſidis angues,
Aquilam Marius dicitur habuiſſe in exercitu.
Romuleaſue lupas, Marianæ aut roſtra volucris
Atra in bella mouet, ſigno periturus eodem?
Nunc meliora meis ſtatuam vexilla cateruis.
Ecce ſuperfulgens patefacti nubila cœli
Crux mihi fœlices venerabilis extulit ignes,
Venturamque notat crudo in diſcrimine laurum:
Prodigium Superi dederunt. quid clamat Aruſpex
Triſtia mentitus ferali lumina ſigno?
Hoc vnum fractæ reſerabit mœnia Romæ.
Forma Labari, eiuſq. deſcriptio.
Ergo nouæ context. Cruces vexilla coronent.
Emicet inducto rutilans haſtile metallo:
Et breuiora ſuper transuerſo brachia ligno,
Sutaque erythræis ſuſpendat vela lapillis.
At telam irradient nitido circumflua limbo
Exprimit enim Chriſtum X.& P.
Lumina gemmarum: ſolidumq. inſculpta per aurũ
Sacra decuſſatum deſignet littera nomen.
Fulgeat in medias Labarum, neque terreat auras.
Crux inducta galeis, & clypeis.
Quin etiam clypeos, niueas Crux viuida criſtas,
Enſeſque, & galeas intermicet alta comantes.
Me ſibi quiſque ducem facti legat: haud mihi telum
Dextra rotet, caſſiſue alium circumplicet ignem.
Hoc terrore cadent acies, hoc fulmine totos
Proſterni cuneos, peditumque, equitumque videbit
Compleri vndantes Tiberinus ſanguine campos.
Vexillis Crux imponitur.
Hæc fatur, Crucis arcanos confeſſus amores.
Illi operi accingunt ſeſe, formaſque volucrum
Proijciunt truncaſque feras: tum læuibus haſtis
Ducentes Crucis in ſpeciem diuina colorant
Nomina. Criſpantur liquido vela aurea cœlo,

Per-

Perque ſalutantes zephyros agitata coruſcant,
At cuneis arrecti animi, feſtoque vagantes
Lætitiæ clamore ſonant: it cordibus altis
Spes oblita metus, & non ſuperabilis ardor:
Et meritam ſperata ferens Victoria palmam.
Cæſar vt audentes incurrere bella maniplos
Senſit, & illapſam fauſti vim gliſcere Martis,
Caſtra mouet, propiorq. altas premit impiger Alpes.
Non rigidis abrupta iugis non inuia ſaxa Alpium rigor, & iuga vix peruia.
Aeterno damnata gelu: non clauſa profundis
Syluarum tenebris: non impellentia cœlum
Culmina, & immiſſæ conſerta in ſydera cautes
Tardauere gradus. Stupefactæ ad ſigna niuoſum
Demiſere caput rupes, Labarumque Crucemque
Vndique adorantes mouere cacumina montes.
Stat vetus, ac duris prætexit mœnia Rhetis Naz. in Pan.
Seguſium, terraſque grauat, quà mollè tumentes Primam Seguſienſiũ ciuitatem victoria facilis amplexa eſt.
Acclinant, ſcopulis, ſe, decreſcentibus Alpes,
Et montanus apex ſubſidit in æquora vallis.
Clauſerat vrbs portas, Italũ quòd clauſtra ſuper-
Obiectare Duci; ſed operto turgida bello (bit
Exitium, ſtragemque ſibi peritura tegebat.
Namque vbi producto nequidquam fidere vallo
Flauius aſpexit, clauſoſque obſiſtere ciues:
Quippe moras, inquit, demens ſtruit: vnaq. contra
Vrbs fremit. Accepit docilis Germania frenos,
Rhenuſque, Oceanuſque meos: ignauus, inermis
Audet, inops animi populus; munitque rebelles
Mœnibus. Ite metum, trepidiſque inducite pœnas,
Tecta domoſque igni, ciues conſumite ferro.
Sic fatur. denſaque furens iam miles ad Vrbem Quæ fruſtra obſiſtit Conſtantino.
Mole ruit. ſummos alij teſtudine muros,

Sca-

Scaliſuè aerias conantur vincere turres,
Arietibuſque arcem, & cuneo quaſſare trabali.
Aſt alij rapuere faces, quercuſque flagrantes
Aut ſemiuſta rotant arſuris robora portis.
Quondam audax & in hoſte pauor: iaculataq. tela,
Saxaque, & ardentes deuoluunt mœnibus ignes.

Nam obſidetur oppugnaturque.

At ſubeunt acies violentius: vndique muros
Muralis baliſta quatit, monumentaque nutant.
Acrius ante fores Mars intonat: intonat ære
Obluctans aries, portæque incendia portat.
Nondũ clauſtra tamen, non ferrea vincla fatiſcunt.
Ecce ruunt propius, perque agmina mille vidēdum
Signiferi Labarum, Labarique inſigne coruſcant:
Auraque purpureas occurſu euentilat oras.
Tum vero ad vexilla Crucis, tabulata vorantes
Corripiunt iligna faces, compactaque vortex
Robora paſcit edax, vomit ac fumantia cœlo
Nubila. vicinæ turreſque, domuſque proternis

Tum expugnatur, & incēſa capitur, ingenti ciuiũ tectorumque ſtrage.

Intereunt flammis: necnon conuulſa ruinam
Saxa ferunt, laxantque aditus, iterumq. recuſſa
Præcipitant, ſtanteſque trahunt è culmine ciues.
Aſt alij mortem fugiunt iam terga prementem;
Nam miles ſaltu exuperat; nec prælia victis
Conſerit: in latebras abeunt, & funera clauſi
Expectant: miſeroque vlulant tremefacta tumultu
Limina. tela viris, delubris conijcit ignes,
Atque animas victor facibuſq. & ſangui e mergit.

Conſtantini clementia.

Non tulit extremos luctus populumque cadentem
Flauius; ardentes curſu volat incitus heros
Ante globos: PIETAS cita parcere, cont. lit alas:
Et, ſatis irarum eſt, clamat: cur flumine miles
Nutris ſanguineo flammas? compone feroces

Aut

Aut depone minas. tutos mihi bella relinquant
Quos in pace regam. Tu fortis in arma rebelles
Vincere: noſtra poteſt Clementia parcere victis.
Dixit, & accenſas bellantum protinus iras
Obruit, imperioque vetat flagrantia latè
Funera. dat ſeruatus opes, aurumque rependit
Certatim populus. penſantque oblata ſalutem
Munera. Crux primæ conſpirat proſpera pugnæ.
Nec longe grauior Mars incubat; agmina vaſtos
Implerant ferro, caſtris vndantia campos,
Armaque Taurinas, tauro ceſſante, nouales.
Tot nunquam bello Romana potentia gentes
Duxerat. innumeræ ſua per tentoria turmæ
Aere renidebant: caſtrenſem flumine foſſam
Hinc ſtruit Eridanus: hinc acto in nubila vallo,
Alpinis ſe celſa iugis monimenta coronant.

Naz. in Pan. Ecce iã apud Taurinos venientem pugna grauior expectat. Campum late iacentem tantus miles oppleuerat, &c.

At neſcit generoſa modum, fortiſque periclo
Incrementa ſibi ſtruit auxiliaria virtus.
Et Crucis auſpicijs prono deſcendere cœlo
Pugnaces expertus opes, magis ardet in hoſtem
Flauius, è que ſuis accendens pectora flammis;
Eloquitur: Manibus tandem ſperata tenetis
Præmia, bellatrix acies. huc excita Mundi
Contulit arma ferox, vt cederet orbe Tyrannus.
Par nihil orbis habet vincendum. ecce aſtitit omnis
Bellica progenies, Italumque intercipit oras.
Falſa nimis, latio ſi me diſcludere Tybri
Incaſſum, ſi noſtra ſuis committere telis
Tela putat. CRVCIS eſt non euitabile fulmen,
Condita quo fractis irrupimus oppida portis,
Quo iuſtam in ſtragem campis tendemus apertis.
Nondum experti audent? ite, ſtolidumq. furorem.

E rebus geſtis res bene gerẽdas Dux auguratur.

Fran-

Frangite, cunctarum ſimul, & ſpem vincite rerum.
Fatus erat. miles non ſegnius arma fremebat.
Haud mora. præcipitāt cunctantē claſsica Martem.
Pugna Conſtantini cum Maxentianis apud Taurinum. *Aeris & illiſus fragor, inſanuſque virorum*
Immugit fremitus, fremitu montana reſultant.
Fortior hinc virtus, vis & cæleſtibus armis
Dimicat: hinc numero, & fidens audacia ferro.
Aſt vbi iam diſcretæ acies matura vocabant
Prælia, præfulgens Labarum Maxentia turbat
Agmina, torpentesſq comes ſubit horror in hoſtes.
Non auſi ſeu ſtare loco, ſeu ſpicula neruo,
Pilaue contorquere manu, ſeu ſtringere ferrum,
Horrebant pauidi, membriſq. animiſq. tremebāt.
Nec latuere metus: agnouit, & agmina Cæſar
Ipſe vocans, miſſa pauidos petit eminus haſta:
Inſequiturque globus bellantum ac certa ferentum
Vulnera: conferto non milite ſigna frequentat,
Nec hoſtes auſi obſiſtere quāuis Duce increpante. *Dux ſibi quiſque ruit, pugnamq. hoſtemq. capeſsit.*
Maxenti aſt italæ Ductor manifeſta ruinæ
Signa videns, reuocanſque acies, clamabat; Inertes
Quid fruſtra Romane fugis? nec turpia famæ
Nomina, nec patriæ metuis mala funera gentis?
Siſte, occurre: ferus ferro diſcerpitur horror.
At tenet incaſſum profugos; non corpore terror
Excidit, aut animis, mortemq. fugamq repoſcunt.
Pauci adeo laudis memores contendere telis
Atque auſi conferre manus; pars cætera viles
Proiecere animas: ſequiturque probroſa valentes
Dedecorum labes, raptæque infamia vitæ.
Inſignis Cōſtantini victoria. *Nos circum denſi obruimus: ferro vndique & ira*
Fit ſtrages: arua exanimis cumulantur aceruis.
Ipſe ſuper notas Padus vndat ſanguine ripas.

Atque

Atque alni tepidos exudauere cruores :
Flauia taurinos impleuit gloria campos .
At Cæſar cœli auxilijs, fretuſque ſecundo
Numine, placato grates referebat olympo .
Tum celerans moto ceu turbine compulit arma
Vicini apparent quà rareſcentia belli
Nubila . Stat monti accliuis, vallemque fatigat
Brixia : Cœnomani fundarunt mœnia Patres :
Tectorumque virumq. ferax, opulentaq. frugum,
Fæta ſuper regnat turgentibus arua metallis .
Hic equitum delecta manus tendebat, & acres
Nequicquam intentans animos, firmiſſima gentis
Cinxerat armiferæ prætentis mœnia caſtris .

Nat. in Pan. Quod apud Brixiam magnus quidã, & acer equitatus eſſet.

Pabula collectæ ceu quondam ad læta volucres,
Stridorem ſi forte procul plaudentibus alis
Accipiter, vocemque dedit, male tuta relinquunt
Paſcua, & altricis reuolant in brachia ſyluæ .
Non aliter diſcuſſa fugit vis omnis, & omnes
Cæſaris aduentu cedunt ſtatione cohortes .
Compreſſit Verona fugam, pauidiſque recluſit
Bellipotens portas, auido quas clauſerat hoſti .

Idem. Impetu ſuo pulſus Veronam vſque contendit.

Obſtructis non actà equidem certamina muris,
Non referam clauſos patuiſſe in funera Ciues .
Aut caligantis cum cæca in prælia noctis
(Nuncia Romanas cecinit quod fama per arces)
Concurrere acies : victoris & arma trementem
Flauius intrauit, Superis reſerantibus, vrbem .
Tuque Antenorei rectrix Aquileia Timaui,
Obuia quam ſcythico ponentem frena duello
Adria pacatis veneratur proximus vndis ;
Obſidium penſare bonis, cladémque beato
Optaſti imperio mutare, ac Rege Tyrannum .

Idem. Prçtereo te Aquileia, te Mutina regiones cæteraſque.

Sic

Sic adeo Eridani valles, regniſque ſuperbis
Immenſas Europa tumet quacumque per Arctos,
Cæſar habet, cunctoſque premit ſine limite fines;
Cui mox victa dabit, ſeros at Roma triumphos.
Flauia Legatus referens ſic bella reuoluit,
Pontificemque dabat rebus gaudere ſecundis.

CON-

CONSTANTINI
LIBER VI.

ARGVMENTVM.

Conſtantinus, miſſo Criſpo filio ad claſſem deducendam, iter habet ad Vrbem. Cui cum propè adeſſet, Maxentius propinquis hoſtibus, & nocturnis terroribus concitatus Magum Dymantem de nocte conſulit; promiſſa ab eodem per imagines falsò victoria Poſteà verò rumore aduentantium hoſtium conſternata Ciuitate, idem Tyrannus timentem populum, quaſi iam debellatum eſſet, confirmat: & ad gratias ſupplicatione habendas, in templa dimittit.

ATque ea dum memorat Ductor, ſtatione relicta
Conſtantinus iter Latias maturat ad oras.
Nondum adeo egreſſus dederat Verona ſecundos,
Conſilijs cum bella nouis agitanda volutans
Sollicitat Criſpum Auguſtus: quem littora longe
Quærere fida pater, portumque Liguſtidis oræ
Imperat, & validam pelago deducere claſſem:

Criſpus mittitur à Conſtantino ad claſſem deducendam contra Maxẽtiũ.

Oſtia-

Oſtiaque oppoſitis Tiberina includere proris.
Paret, & obſequio iuuenis mandata faceſſit.
Inſtructis at caſtra mouens legionibus ibat
Fortitudo Conſtantini, & laboris tolerantia. Cæſar, & in medios audet pedes ire maniplos.
Primus inire viam: poſtremus ab agmine, valli
Vrgere ſpectator opus, feſſuſque ſubire
Vix ſeram in noctem modicis tentoria velis.
Ardenti tum ſole faces, nimboſque cadenti
Æthere, & impulſos rigidis aquilonibus euros
Spernere. viſa probat, ſequiturq. per aſpera miles:
Non eget imperio Princeps; exempla loquuntur.
Mincius oritur ex lacu. Et iam Cenomanûm campos emenſus apertos
Caſtra locat, nullis oriens quà fontibus exit
Mincius: at placide ſtagnis emiſſa paternis
Liquida Benaci ſoboles, per aprica quietis
Innutritur aquis, teneraue in arundine creſcit,
Murmura flexilibus cogens fluuialia ripis.
Inde vbi iam miles dapipuſque, opibuſq. refectus
Plurima Benacus quas diues ad oppida fundit,
Et ſuper ipſe ſuas offert de gurgite prædas;
Efficit enim lacum, è quo iterum fluit. Stagna minora petit, latis quà Mincius vndis
Immoritur, fluuioque iterum victurus eodem,
Innixaſque fretis attollit Mantua moles.
Ipſa quidem medio non auſa tumeſcere fluctu
Tranquillos ſternitque lacus, & culmina Manto
Turrigera acclinat: Labarique micantia vela
Nam Mãtua expugnata eſt ab exercitu Ferdinandi II. Cæſ. Aſpectans, incaſſum Aquilas per ſigna repoſcit;
Fœlix ni quondam timeas in bella minantes.
Hinc autem raptis ſubit inſuperabile caſtris
Agmen ad Eridanum. Ripis non ille ſuperbis
Alpino deiecta iugo violentus agebat
Flumina: clementi ſed mitior amne fluebat.

Tu quoque Rex Italûm fluuiorũ,& vaſtus in ęquor
Tot liquefacta mouens taurinæ cornua frontis,
Si Conſtantinas pacato flumine turmas
Accipis, & pauidus victoris in arma recumbis;
At ſerua indomitos ſubitura in tempora fluctus, Padus fruſtra barbaris obiectus.
Vltima cum Geticos deſpumans terra furores
Romanas Italis miſcebit Marte ruinas:
Tunc omnes effunde iras, molire tumentes
Maior aquas, bellumque nouis fluuiale procellis:
Tentatoſque aditus vndantibus obſtrue ripis.
Te canet vltorem Tiberis; perque ardua paſſim
Defenſorem Italæ reſonabunt mœnia gentes.
Hinc Cæſar repetebat iter. namq. accola nondũ
Fluminis, aduerſo ſtabat Ferraria ferro, Vrbs Ferraria recentior ætate Cõſtantini. Lęand. in Ital.
Necdum regnatrix dominos ſecunda potentes
Viderat. Accelerant acies, & in agmine Cæſar
Impulit extemplò Gallos dare terga togatos.
Hi Mutinam, priſcis inſeſſaque tecta colonis
Tutari, latiumque auſi præferre Tyrannum, Mutina reſiſtit Conſtantino.
Impauidum cælant celſo ſuper aggere Martem.
Flauius iliceas contra deducere turres,
Mobilibuſque altas tranſcendere molibus arces,
Et vallo, & pinnis, & foſſa, & cingere caſtris. Aquo obſeſſa oppugnatur.
At cuſtoditis pluteos iam vinea muris
Admouet, obnubitque viros. iamque ære trabalis
Fulmineo trepidãtem Aries circũ intonat Vrbem,
Sæpius & fractis deiecit mœnia ſaxis.
Ipſe autem muro non ſegnior arma coruſcat Defenditurque à ciuibus.
Eminus hoſtis atrox. vaſtos ſiue ille molares
Seu flammas, ſeu tela rotat, ſeu robora verſat,
Scandenteſque arcet, terretque, feritq. maniplos;
Signa pius Cæſar feſſo iam ſolo vocabat:

Atraque nox belli, cœlique extinxerat ignes,
Suſcitat orta dies cum luce in pectore flammas,
Ardentes & in arma ruunt. Stat, ſanguine multo
Mergere ſiue faces irarum, aut funere mergi.
Victori ne moras tendit, curſumque retorquet
Et Mutina Romana poteſt Vrbs vertere bella?
Ite, igni, ferroque altas properate ruinas.
Tu quoque victa paras latios duplicare triumphos?
Sic adeo Ducis ad voces quiſque arma fremebat.
Ipſe inter primos Cæſar cingique corona,
Aut ſcalis, denſaue iubet teſtudine vinci
Mœnia, deiectaſque ſolo procumbere turres.
Nec mora. præcipites ſubeunt; non ferreus imber,
Miſſilis aut nubes iaculis: non turbine torto
Ignea tempeſtas, crepitantibus horrida ſaxis
Non arcet, clauſæ quæ vertice labitur vrbis.
Irrupêre. AVDET maiora coërcitus ardor.
Pars ſuperant foſſas, pars mœnia lapſa reuellunt;
Pars turrita petunt faſtigia: torrida flammis
Culmina deijciunt alij: ſtrageſque ſequuntur
Tectorumq. hominumque; ruit ferus omnia victor.
Et iam finis erat, collapſaque collibus altis
Tecta iacent. Sed enim manſura reſurgere Cæſar
Tecta iubet. Mutina accliues deſcendit in agros,
Inferiora tenens cultiſque noualia terris,
Et quondam Eſtenſes Aquilis factura coronas;
Haud procul antiquæ ſuperant monimenta ruinę.
Inde per Æmiliam Cæſar, tractuſque feraces
Auſonium tendebat iter. iamque arua tenebat,
Vnde ſuos ditat fœcunda Bononia ciues:
Quaque Apennini patrio de culmine lapſus
Fluminis euoluit Scultenna binominis vndas.

Natar. Prætereo te Aquileia, te Mutina, quibus propter inſequutas bonorum commoditates gratiſſima fuit ipſius oppugnationis iniuria.

An tūc Mutina diruta fuerit, & in inferiorem locū tranſlata non conſtat.

Fluuius Scultenna nunc Panarius.

Nec

Nec procul apparent audacibus oppida muris
Gallorumque Forum: gemini quod Conſulis arma,
Et duo ciuilis victricia funera pugnæ;
Antonique iras memorat fugientis inanes.

Nunc Caſtelfrancum. Ibi victus eſt Antonius à duobus Conſulibus Hircio, & Panſa. qui tamen interierunt,

Hic autem laurus veteris denſiſſima ſyluæ,
Quà pingues media campos ſuper accubat vmbra,
Amplexæ teneros numeroſo examine ramos
Certatim glomerantur Apes: populique vagantis
Melliferas medij Reges tenuere cateruas.
Reſtitit, hyblæos Cæſar pendere Quirites
Lætus vt aſpexit, verbiſque oſtenta ſequutus:
Cæſareas inter frondes, laurique coronas,
Nimirum mihi mella paras Oenotria, dixit,
Terra: fauis præſtant dulcis liquidiſsima famæ
Pabula. dicar ego fortem cœleſtibus armis
Maxentiq. manum, & magicos ſtrauiſſe gigantes,
Et memor æternos Crucis inſtauraſſe triumphos.
Effanti plauſere Duces: & murmura lauri,
Ac nemore inſonuit ludentis ſibilus auræ:
Voxque refert: *Cæſar nè audis? iuuat omine tanto*
Ire vias? Geniumque loci celebrare loquentem?
Proſpera nonne vides? Fabricatrix dædala mellis
Aduolat auſpicio veniens: dulciſsima Famæ
Quo tibi mella fluent; frondeſcet laurea bello.
At fœlix Apibus plus regnatricibus olim
Roma ſibi, atque meis ego præſcius auguror aruis.
Ergo vbi Regales ſepteni vertice collis
Roma videbit Apes: hic & fœlicibus auſis
Defenſuram Italas vrbes mirabitur Arcem.
Saxea tum moles, & propugnacula quantis
Aggeribus ſtabunt? quanto ſua fulmina motu
Aerea flammifero mittet baliſta metallo?

Arcem Vrbanã ab Vrbano VIII. extructam.

I 2 *Ite*

Ite metus vacuæ ſecura per otia gentes,
Ridentemque Italis pacem componite Regnis.
Vos VRBANAE Arces, fortes vigilantibus armis
Vos tutantur APES, placidique a quiſsiſſima iuris
Tempora. Venturi longæuos Principis annos
Primus ego, laudeſque canam. Sic reddita luco
Verba monent. Stupuere duces, laudeſq. frequentãt
Principis: admirans & Flauius extulit arcem.
Inde viã celerat; quadrata & in ordine circum
Agmina celabant campos: ceu ſigna propinquẽt,
Et propior caſtris, lituoque laceſſeret hoſtis.
Vrbs Bononia. It nubes cœlo, denſoque è puluere nimbus;
Iamque procul ſummas opulenta Bononia turres
Mõnſtrat, & elatos à tergo in nubila montes.
Paciferi occurrunt ciues, & fuſa iuuentus
Fronte gerit, ramoſque manu prætendit oliuæ;
Ingreditur portas Ceſar; cui Regia quondam
Limina panduntur, poſuit quæ Felſinus auctor,
Succeſſorque Bonus. ſed enim vertentibus annis
Et Boij tenuere duces, & Conſulis æquis
Bononia Colonia Romanorum, eiuſdemq. amplitudo. Faſcibus auſonios qui poſt rexere colonos.
At delubra Deûm, pulſataque culmina cœlo,
Marmoreaſque domos miratur Flauia pubes,
Et foſa porticibus vacuis, & ſtrata viarum,
Et totam aërijs ornatam molibus Vrbem:
Tum ſera impoſitis ineunt conuiuia menſis.
At Regem non vlla quies, non vlla morantur
Delicijs fomenta nouis. efferuere longum
Rurſus iter, celereſque iubet præcurrere turmas;
Ipſe dehinc grauibus ſuperat legionibus agros.
Deſiderium Conſtantini adeundæ Vrbis. Mens illi haud alios curarum concipit æſtus:
Solam agitat votis, animoque, & pectore Romam.
Vt

Vt mouet abſciſſam montis de vertice cautem
Impetus; haud illam rupes, nemorumq. morantur
Robora, & innexis querceta comantia ramis,
Non ſcopuloſa iugi tumido ſuper aggere ſaxa:
Cuncta rapit, voluitque ruens; conualle profunda
Donec ad optatas requieuit pondera ſedes.
Flauius haud aliter fertur. Iamque ima iacentum
Æquora camporum, & decliuia rura fatigant.
Hinc Apennini moles & vaſta ſubibant
Culmina: vicino iam terga minantia cœlo
Inſedere: cauas mox & deſcendere valles,
Abruptiſque vident ſaxa impendentia ſaxis,
Caſurique ſuas formidauere ruinas.
Horrida nox vndas Borea ſpirante niuoſas,
Atque impacato glaciantes frigore nimbos
Aſperat, obduratque dolos: vt lubricus alto
Non hæſura gelu veſtigia falleret humor,
Indeprenſarum manifeſta ambage viarum.
Flauius at miles cliuos, calleſque ſepultis
Explorare iugis, ſyluæque obſtricta, ſonanti
Brachia, ſiqua vias claudunt, abſcindere ferro;
Et rupes manibus, lapidoſaque vellere clauſtra:
Feruet opus, nec feruet iter: tamen auia luſtra,
Ac gelidas ſuperant limoſis vallibus vndas,
Et tandem arua tenent clementibus obuia terris.
Hic viridi ſua culta ſolo: caſtella frequentes
Tuta bibunt riuos, & amœnis accola ripis:
Vitiferaque fluens Arnus conualle, canoris
Moxque illapſus aquis florentem perſecat Vrbem.
Nobilis arua tenet Syllanis culta colonis,
Claraque ſublimes tollit Florentia moles,
Cogitur ac duri leges audire Tyranni;

Trāſit Apenninum, non ſine labore exercitus.

Ex quo deſcēdit in planitiem.

Arnus Florentiam interfluit.

Florentia Romanorum Colonia.

à Syllanis militibus Feſulas deductis condita, etſi alij aliter.

Par quoniam Syllæ Maxentius: aſper vterque,
Mergit vterque ferus fluitātem ſanguine Romam.
Aſt vbi prima iugis effulgere ſigna propinquis
Et Labari cœleſte iubar: tum feruere circum
Ardentes cuneis cepere minacibus iræ;

Florentini ſermone elegātes, & eloquentes.

Audendi oblitus, fandoque inſignis, & ore
Ciuis ad Auguſtum properat, nec iuſſa recuſat,
Obiuratque fidem, pacemque paciſcitur auro:
Flauius inuehitur pacatam Cæſar in Vrbem.

Florētiæ Vrbis pulchritudo, & dignitas.

Ille autem; proceresque vnà ſpectāntq. probantq.
Admirandā operum, claraſque educta per artes
Æmula Romanis veterum monimēta parentum:
Culmina porticibus; delubraque nixa columnis;
Et circumſtructi proſcenia priſca theatri,
Ciuileſque domos, luxuque exculta decoro
Limina. Dumque oculis relegit, dum ſingula Cæſar

Columna cū inſignibus Mediceis.

Luſtrat; inauratæ ſuper ardua ſaxa columnæ
Miratur ſenos rubicundi marmoris orbes;
Medica ceu tumidos accendunt mala rubores.
Scitantem, quæ cauſa operis: quis pluribus auctor
Non vnos cœli componeret orbibus orbes,
Affatur; qui forte aderat, vicenaque luſtra
Implerat ſenior: *Spectas Auguſte futuros,*
Quos olim magnæ Florentia gentis honores
Viſet, & immenſo dominam venerabitur æuo:
Et nos certa docent antiquæ oracula linguæ.
Quippe tuas Cæſar, Manto penetrauit in aures;

Manto Tireſiæ Thebani filia vates dicitur veniſſe in Italiam, & Tuſco. Regi nupſiſſe, quē Tiberinum nominant.

Thebanis Manto quæ miſſa penatibus, hoſpes
Nexuit hetruſcum thalami per vincula Regem:
Præſcia fatidicos ſpirans quod pectore motus,
Afflatu ventura animos agitante canebat:
Mirantes Reginæ aderant, vatemque ſequuti

Certa-

Certatim populi populis arcana loquentem.
Forte ea dilectas Arni cùm vecta per vndas
Prima reuertentis ſeruaret lumina ſolis,
Ecce oriens ſubitæ fluuialis ſpiritus auræ
Impulit attonitam longæua in ſæcula mentem.
Proh qualem, dixit, video florentibus Vrbem
Surgentem ripis, ac mœnibus arua prementem.
Poſt fera bellator Tiberinam deſerat Vrbem
Prælia, tyrrhenum cui patria viuet ad amnem:
Claraque ſublimes cum ciuibus æquet honores.
Tempora prætereant; ſenos nam miſſa per orbes
Hetruſcæ venient ſera argumenta ſalutis.
Ante quidem raptos ſtudia in contraria ciues;
Sæuaque diſſidia, atque odijs certata malignis
Exilia, & cædes, & triſtia funera cerno.
Aſt vbi iam fauſtos Florentia viderit Orbes
Attolli imperio, & Tuſcis effulgere terris;
Alma quies, pacatus honor, ſecuraque vulgi
Otia; fœlices aderunt ſine turbine ſoles:
Solus erit, pauidos qui fulminet enſis in hoſtes:
Addita Iuſtitiæ dum Pax, dum copia rerum
Tranquillæque fides, opulentaque gaudia vitæ
Ampla pererrabunt numeroſo mœnia cœtu:
Et fortunatis florebit Hetruria ſeclis:
Ite opus; heroi generis monimenta per Vrbem
Figite: ſaxa pilas poſitis imitata columnis
Signabunt dominam (Ciueſque agnoſcite) gentem:
Floriferos Arni Coſmum quis tollere faſces
Neſciet? ingenti qui par vel nomine Mundo eſt:
Soſpita Franciſci auſpicijs ſi regna ſecundis
Ferdinande probas; tu mox germana ſequutus
Tertia ſceptra geres factis celebrandus & auſis:

Romani milites poſt bella ciuilia deducti, Florẽtiam condiderunt.

Dum ciues Rempub. gererent.

Mediceis Magnis Ducibus.

Coſmus I. Magn. Hetr. Dux I.

Frãciſcus I. Magn. Hetr. Dux II.

Ferdinand. I. Magn. Hetr. Dux III.

Coſmus II. Magn. Hetr. Dux IV. *Nec longùm patrias cinges heu Coſme coronas.*
Hinc at in Hetruſcam Sol ſe clariſsimus oram
Euehat. vnde ſuos, ceu ſydera, luce minores
Ferdinandus II. Mag. Het. Dux V. *Ferdinandus auos ſuperet: nixumque decoris*
Laudibus effundat mundi trans vltima nomen.
Hunc ego, ſi veſtræ violentior incubet Vrbi
Ferdinãdi II. elogium. *Fœda lues; pietate animos, auroque leuantem*
Corpora reſpicio. Eridani circumſona pingues
Si tuba per valles diuturnis intonet armis;
Tempora pacatis ſignantem proſpera Tuſcis,
Et tutas video per fœta noualia meſſes.
Sydere Threÿcius ſi concitet æquora prædo;
Lunaque terrificos rubicunda cruoribus euros
Mediceę triremes ſæpe victrices. *In mare præcipitet; Crucis ardua ſigna per alnos*
Cerno attollentem pelago, belloque potentem
Sternere pacatos hoſtili ſanguine fluctus.
At qualem video regali æquiſsima vultu
Iura miniſtrantem populis? cui mitibus aſtris
Iuſtitia, & placidam verſat Prudentia mentem.
Quin etiam ſpecto excubÿs ad Principis ædem
Virtutum vigilare choros: aut agmine denſo
Obſeruare latus, & eodem inſidere curru.
Magne Heros, ſobolem, pariléſq. dature nepotes,
Accipe venturæ iam nunc præconia famæ,
Quæ tibi per memores prænuncia molior annos;
Gloria poſt, ſeclis venientibus, addet honores.
Sic ait. ac feſtis, fluuio gaudente, choreis
Naiades accepere ſonos, plauſumque tulere.
Omnis at hinc laudes, Mantoque recenſuit ætas.
Et ciues ſtatuere ſolo, quæ marmora vates
Inſigne Mediceum. *Iuſſerat.* Intentas dictis aduerterat aures:
Venturoſque Duces, Italiſque inſigne verendum

Et

Et placitam celebrat Cæſar, tum deſerit Vrbem.
Turritaſque videt collis de vertice Senas.
Tu quoque Romanæ tyrrhena Colonia gentis, Colonia Romanorum.
(Seu pater Auguſtus, ſeu te diſcordibus annis
Libera Roma tulit; geminus nam marmore viuit
Teſtis adhuc, hauritque fera de matre papillas
Romulus) imploras victorem, & mœnia pandis.
Cernere erat ternis ſurgentem collibus Vrbem,
Mœniaque extremos cuneare triangula fines.
In medio fora curua iacent, numeroſus in aſtra
Se turris commiſcet apex: ſtant alta domorum
Limina: tum plenis humor ſe lucidus antris
Egerit, inque lacus, camera impendente, recũbit.
Templorumq. decus, Diuûmq. operoſa perennant
Tecta, neque accenſi ceſſant altaribus ignes.
At faciles generoſa viros in bella ſuperbus
Siue rapit Mauors: poſita ſiue ægide Pallas
Paciferas agitare docet ſapientior artes.
Ergo dies plauſu feſtam reſonare per Vrbem
Regis in aduentu, pugileſque occurrere ludo:
Et nox auritas plaudentibus inuehit vmbras;
Tyrrhenos Cæſar non dedignatur honores.
Præcipitat tamen ille moras, Romamq. repoſcit.
Iam ſteriles colles, iam præterit arua, retorto
Quæ vagus abſcindens immurmurat Arbia curſu:
Quæ tumidis populatur aquis, atq. agmine magno
Veſtigat fluctus, quos augeat Vmbro marinos:
Quà tibi natiuæ lapideſcunt Pallia ripæ.
Hinc iuga ſumma tenet, caſus vbi queſta perẽnes
Præcipitat madidi pendens Aqua vertice ſaxi.
Vulſinias metuente lacu iam radit arenas:
Pomiferoſque in colle grauant iam caſtra Faliſcos.

Senis viſuntur paſſim Romuli, & Remi ſimulacra. ambo autem dicti Romuli, ſicut Caſtores, & Polluces, Caſtor, & Pollux.

Et ibi publica Academia

Solitum ibi pugnis decertare.

Arbia, & Vmbro fluuij Senenſis territorij.

Ad fines ditionis Pontificiæ.

Nunc Aquapendens oppidum.

Tum

Nunc Viterbienſes.

Tum Cimini montes: quàque inclinantibus aruis
Stagna hærent, viuique lacus: aut mobilis humor
Rura fugit, nemorumque cauas interluit vmbras.

Panegyr. ad Conſtantin. Tanto tempore quo ſemet Maxentius incluſerat, turpiſſimâ eius formidinē protegebat.

Nuſquā aderat, fruſtraq. metū rabieq. coquebat
Et ſe Romulea claudebat in arce Tyrannus:
Tybris & obſtructas circundabat aggere ripas:
Ille autem quamquam fidas ad ſigna cohortes,
Tutoſque obiectus ciet auxiliaribus armis;
Stratus, iners, cladiſq. nouæ ſibi prodigus auctor;
Oblituſque minas, terroribus opprimit iras.

Scorpius ardentibus prunis concluſus in mediū ſe abijcit.

Sic quondā prunæ ardentes ſinuantur in orbem
Sollicituſque puer latebris tum forte fruentem
Scorpion educit, curuoque in margine condit.
Ille ferox portans elata vulnera caudā
Circumagit ſe ſe, atque aditus rimatur ademptos,
Vlturo, ſi quà erumpant, tumefacta veneno
Corpora, & ignotos violenti carceris æſtus.
Inde vbi nulla patet clauſo via; fractus, inermis
Abiectiſque iacens luget ſua funera chelis.
Non aliter proſtratus, egens, acuenſque timores
Prædo iacet: trepiduſque animo pendere videbat
Fulmineos ceruice ſuper Maxentius enſes,
Horreſcens, miſeranſque ſui, fugienſque pericli.

Palatium Cæſarum.

Tectum opibus mirandū, altis & molibus ingēs
Auguſtis fuerat patribus, quo clara per orbem
Fama Palatini tollebat nomina collis.

Laurus triūphalis, & quercus in foribus palatij.

Regia par dominis, gaudenſque in limine primo
Conſeruatrices lauro committere quercus:
Quanta peregrinis lapidum conclauia glebis
Cingeret, aut ſectis tegeret fulgentia ſaxis:
Quanta caput celſis ageret ſublime columnis,
Gangis & inuecto ſplenderet gemmea luxu;

Mille

Mille ſonans linguis cecinit mirata vetuſtas,
Par nec opus latiæ iactant miracula gentis.
Hic ſolido figi de robore clauſtra Tyrannus
Imperat, & denſa fabricatos ilice muros:
Et circum obijcibus trabibuſq. atque aggere ſylu
Obſtruit, & valido diſcluſa palatia vallo.
Inde ſuo fidens infœlix carcere: tecti.
Solus inacceſsi tenebris, cæciſque latebris
Vincere captiuus bello putat: abditus atris
Se fugiens, ſolemque cauis. Stat miles, & omnes
Obſeruans aditus, vigiles incumbit in haſtas,
Et clauſa inſomni circumſonat oſtia ferro,
Ne qua forte feris ciues patefacta reductis,
Aut indignatum ſubeant penetrale ſilentis
Principis. Ipſum optant referente lumina Phœbū
Exturbare diem; dominoque inuoluere noctem.

Panegyr. ad Conſtantin. Nuſquā extra parietes egredi audebat. Idem Vt ex fœdiſsimis latebris ſubito prorum peret.

Nox aderat, nigris non vmquā triſtior vmbris:
Lucenteſque in nube caua morientibus aſtris
Clauſerat ipſa oculos; ne quid mortale viderent
Stellarum excubiæ: ne quod cœleſtibus aruis
Terrarum vigiles iubar immortale viderent.
Tunc adeo merſus trepida caligine Princeps
Sæpe reuertenti curarum agitabilis æſtu
Vndabat, fluctuque imas quatiente medullas
Voluebat ter fracta Italum mœſtiſſimus arma;
Venturumq. hoſtem clamans ante ora tremebat.

Et tum forte Horror gelidis, vbi regnat, ab antris
Nocturnis concreta gelu ſuſpenderat alis
Corpora: tum lapſus pallentibus atria pennis
Regia, & auguſtas gradiens irruperat aulas,
Terrorū argumenta gerēs; quibus intima torquet
Tartara, percuſſoſque fugat Stygis incola manes.

Maxentius Horrore vexatur, qui deſcribitur.

Nul-

Nullus in ore color: rigidi ſtant vertice crines
Attonitus voluens oculos ſuſpenſa lacunat
Fronte ſupercilia, & vaſto quatit impete malas.
Dentibus infrendens ſtridet, queriturque ſiletque,
Faucibus it gemitus, ſuſpiria corde recondit.
Corpora tota labant, dubioque trementia motu
Vix bene cingebant ſciſſæ velamina pallæ.
At virgatæ humero maculis nigrantibus alæ.
Mēbra ſubinde leuant, motantq. incerta per auras.
Stabat, & inſtabili vultu flammata mouebat
Limina. contremuere attactu, & quaſſa frementi
Tecta ſolo; ſubterque ſalit veſtigia tellus.
Ergo vbi pulſauit trepidi ſecreta Tyranni.
Ille amens iterum, quatienſque tremoribus artus,
Ignarus tamen, vnde nouos ſub pectore motus
Hauriat, incertuſque ſui, certantia monſtro
Membra rotat: rurſumq. hæret: rurſumq. morātem
Terror agit, rapiturq. magis. Mouet arida circum
Ora tremens horror, leuibuſque aſſibilat alis:
Tendentemq. manus contra, gemituſq. cientem
Verberat, interiorq. animos, aut oſſa flagellat.

Panegyr. ad Conſtantin. Degeneres animos timor arguebat, ita prodigijs, aut metus ſui præſagijs arguebatur.

Nec minus, & varia torquebat imagine viſus.
Namque impendentes oculis horrentibus enſes
Ingerit, & Chalybum nexu reſonante catenas,
Compedis & morſus, clauoſque, & carceris vncos,
Erectaſq. trabes, traiectaq. cuſpide membra;
Flauius ipſe ferit: celebri Romana triumpho,
Auratoque ſuper vectum Capitolia curru
Quem videt impatiens, obnitentemque tenaci
Se quoque raptari miſeranda in funera ferro.
Tum vero exululās, totiſque immane per vmbras
Dentibus infrendens: *Ibis*, clamabat, *in Arcem*

Peiora ſemper augurantur metus.

Ibis

Ibis atrox? ſacras temerabis vertice lauros?
Nos vinclis, lethoq. damur? Proh maxime ſanguis
Maximiane tuus, Diuûm genus, vnde cruentos
Explet carnifices? iugulor? me me obruit vndis
Quis latro? non. ego te. Dixit: dolor, iraq. voces
Abſcidit, affixitq. animam ſub corde latentem.
Ille expiranti ſimilis iacet. auia linguæ
Vox aberat, viſus oculis, ſuſpiria cordi:
Mors tamen abſtinuit, moriturum auerſa refugit.
At fremitum ſenſit Ducis, intermiſſaque verba,
Extimuitq. vigil cuſtos, Dominumq. rudentem
Horruit. oderunt omnes, creduntq. minantem
Supplicia, & ſeras in noctem condere cædes:
Immanemque pares cupiunt expendere pœnas.
Ceu ruris quondam terror, ſyluæque moloſſus
Quem timuere diu terræ vetus incola, & hoſpes
Aduena luctantem, ac prædas pleno ore ferentem.
At luſtris violentus aper ſi forte repoſtis;
Seu generoſa canis, campoq. britannica proles
Venit hians, rabiemq. expumat, & arma cruentis
Dentibus: arrepto tum figens vulnera collo
Ceruicem populatur atrox, & ſanguinis vndas;
Ille artus queritur laceros, & fida coloni
Auxilia implorat; ſed longè audita paueſcunt
Prælia paſtores, populuſq. duceſq. ferarum,
Et taciti aſpectant catuli: zephyroque ſilenti
Murmura populeæ pariter tenuere maritæ.
Sic quoque Rex fixus terroribus effera ſurtim
Verba dabat, ſoluſque ſibi clamabat, & vmbris.
Vt rediere animi, ſenſuſque, & libera cordi
Ceſsit iura dolor; languentes corporis artus
Tollit humo: ſubijtque, remota ad tecta Dymantis

Con-

Panegyr. ad Conſtantin. Erat ille Maximiani ſuppoſitus.

Naz. ad Côſt. Quid ego referam infœlicium indigniſſimas cędes?

Canes Britanniæ generoſi, & laudati.

Conſulere ambiguæ reſponſa venefica linguæ.
Ergo purpureas veſtes, trabeamque micantem
Exuit, & nigra velatus membra lacerna
Pandit inaceſſis poſtica penatibus antra.
Tum vagus in noctem mediæ per ſtrata Suburræ
Pergit iter. iuxta graditur, lucemque malignam
Prætendit puer, ac tenebras vix pellit opacas.
Impius ardebat magis ira, ignique viator.
Panditur Eſquilius ſpatia in latiſsima collis,
Ciuileſque domos, ductuſque attollit aquarum
Ingentes: tum veſtit humum florentibus hortis,
Delubriſque grauat, lucis & inumbrat amœnis,
Sed qua naſcentis rubicunda cubilia ſolis
Aſpicit, ac primo ſe luminis imbuit auro,
Campum infœlicem paſſu Libitina ſuperbo
Luſtrat, & in tumulos vlulans incumbit opertos.
Hic vbi funeribus crebris, inopique cupreſſo
Plebs Romana iacet, miſeris compoſta ſepulcris,
Communique ſolo facibus non illa ſupremis
Oſſa legit, patria cineres con contegit vrna,
Artubus exanimos cumulans popularibus artus.
Hunc prope tecta Dymas magica nūtātia virga
Incolit, eſquilias & murmure percutit vmbras.
Huc & nocturnas euro meditante procellas
Rex properabat atrox; & iam vicina tenebat,
Atque humili clauſos pulſabat limine poſtes.
Ante ſed inuiſus tenebris, nimboque penates
Maximus intrarat Conſul: non vltima bello
Quem ſuper extremo variantem cura coquebat.
Ille quod aſpectant orientem lumina ſolem,
Occiduas & rara faces obeuntis adorant;
Flauia iam venerans Capitoli è culmine regna,

Suburra in Vrbe celebris, plana, & cliuoſa, quę ad Eſquilias pertinebat.

Eſquilinus collis.

Campū pro ſepulchro plebis in fine Eſquiliarum.

Dictū Pompeij ad Syllam.

Vene-

Venerat in partes; ſed clam cælata premebat
Conſilia, & ſtudijs dilata fidelibus arma,
Opportuna forent tutis dum tempora dictis.
Ergo idem ſenis æmonio ſibi carmine bella
Euoluenda ratus, fineſque, metuſque malorum,
Sollicitus ſtygiæ ſortis reſponſa petebat.
Oſtia cum trepido ſonuere impulſa Tyranno;
Quique timebatur, portis vbi Conſul apertis
Viſus adeſſe, timet: greſſumq. repente repreſſit;
Pergeret, incertus: primos an frangeret orſus:
Hoſpitis & cæſo violaret Conſule tecta.
Maximus at contra tumefacti vt pectoris iras
Gliſcere, iamq. ſuo maculandam ſanguine noctem
Senſerat, allapſus genibus, Regiſque volutus
Ante pedes, fatur: *Lux ò clariſsima rerum,* (*hos*
Qua te in nocte aperis quos placas proſpera nim-
Pendentes cælo, atque vndantis turbine Martis?
Me tua ſollicitum, & dubiæ ſors vltima Romæ.
Huc rapit auſonij ſcitantem oracula vatis,
Et noſtri mandata Iouis. Si fata propinquant
Aſpera, teque petunt intentis fulmina flammis,
Ipſe ego me auerſis rapturum fulmina telis
Deuoueo: caput hoc pœnis infame luendis
Obrue, transfixumque tuos extingue per ignes
Iuppiter; extremos liceat mihi vertere caſus,
Et miſeras Mundi, Auguſto labente, ruinas.
Quin potius tu cor hominum, tu cura Deorum,
Si quis adhuc, Cæſar, mentem quatit, abijce, terror:
Cuncta tibi permitte. Dymas venientia bello
Euoluat. me noſſe iubes? adſum integer æqui.
Si renuis? reſcindo moras, mea tecta reuiſo,
Mortis amans, & vbique tuæ certa hoſtia vitæ.

Theſſalico, nam in Theſſalia præſertim venefici.

Maximi Cõſulis ad Maxẽtium oratio.

Apta pro Tyranno, ſed ficta commemorat:

His

Maxẽtij verba ad eũdẽ, & Dymantem.

His tacuit dictis, implacatique reſedit
Ira ducis: Tum pauca refert: *Tu triſtibus audi*
Fata canenda ſacris, memoremq. auguſta tuere
Noſter in arma fidem. Tu formidatus auernis
Magne Dymas adytis vmbras emitte ſilentes,
Da certos agitare ſonos: tu prodigus enſes

Euſeb. lib. 1. de vit. Cõſt. Mulieres grauidas diſſeruit tenerorum infantiũ viſcera perſerutatus eſt.

Et crudos teneris perfunde cruoribus ignes;
Grata oculis ea ſacra meis: tu conſule plenis
Exta focis; fibraſque manu ſcrutare loquaces:
Abdita cuncta refer; FAS eſt ſcire omnia Regem.
Hæc fatur: dominæq. Dymas dabat oſcula dextræ
Procumbens; tum lætus ait: *Fortiſſime Cæſar*

Mẽdacis, & fraudulenti promiſſa.

Vinces, ne dubita, vinces. non arma profundis
Induitur ſolus Phlegeton fabricata cauernis;
Dique, Deæque mouent cœleſtibus agmina caſtris:
Terra nouos iterum belli fœcunda Gigantes
Parturit: vnda parat, quibus obruat, aſpera fluctus;
Crux hoſti ſola eſt: qua pendeat arbore, præfert;
Nunc iuſsis properanda tuis mea ſigna reſoluam;
Vix ea, cum clauſis ambos præcedere tectis
Cepit, & ignotum tacitis penetrale recluſit.

Area in ſumma domo apta veneficijs.

Ædibus in ſummis vacuo breuis area cœlo,
Marginat, extremis ſummos dimenſa penates
Finibus: illa mandens Auſtris, aquilonibus alget;
Non hyemes; æſtu non ſyrion arcet hiantem.
Stant ſolida in medio, teretique coërcita cyclo
Immanis chryſtalla globi: fornacibus altis
Quæ liquefacta olim formauerat arte magiſtra
Ipſe Dymas opifex, & diſcedentia gyros
Laxarat ſpatia in magnos, tum duxerat orbes
Orbibus obliquos: maneſque vocantia puro
Vndique cælarat ſimulacra informia vitro.

Non

Non aliter conuexa tholi ſuper ardua cernes
Extantem ſublime globum, mundumq. micantem:
Aeraque fulgenti percuſſa refulgere Soli.
Sic pila ventoſo chryſtallina corpore turget:
Tornatique pedis trunco ſe tollit acerno.
Porticus at circum modicis ſtat fulta columnis,
Quò ſubiere duces iuſſi conſidere; ſudo
Æthere ſacra Dymas ferro ſcelerata peregit.

In ſummis hemiſphęrijs pila inaurata collocari ſolet.

Principio lymphis famulus feruentibus implet
Defuſo chryſtalla cado: tripodemque ſalignum
Ponè locat: tenuem veluti componeret aram,
Verbena & ſterilis male fultam gramine terræ.
Inde: *Ades*, exclamat, *ſacrum ad laruale ſacerdos.*
Ecce Dymas aderat, verſoque Acherontia vultu
Monſtra refert. Flammas oculis, vittaſque capillis
Iunxerat, humentes roranti ſanguine vittas.
Non habet ora color, liuent tamen ora venenis.
Angue coronabat frontem: ſed ſibilus anguis
Faucibus eructat, linguiſque micantibus ignem.
It nigra ex humero, neque velat pectora veſtis,
Poplite lapſa tenus: laterique aſtricta duobus
(Nam ſpiris, morſuque ligant) incingitur hydris:
Nudus & ille pedem, nudataque brachia iactat.
Dextra facem præfert, fractoque erepta ſepulchro
Fumiferis ſtridet flammis ſemiuſta cupreſſus.
Raptum læua gerit modò matris ab vbere natum.
Heu puer: heu primas vix luminis hauſerat auras,
Et ferro abruptas plorauit luminis auras.
Non tegitur viola, teneris non ille roſetis;
At reuoluta premunt redimitam licia frontem
Et collo ingeminos turgentia licia rhombos.
Expauere duces, viſuque auerſa retorquent

Tetra Magi ſpecies ad veneficiū peragendum.

Euſeb. in vit. Conſt. lib. 1. cap. 38. Nonnumquā tenerorum infantium viſcera ſcrutatus eſt.

Lumina; quamquã atrox ſceleris fert gnara Tyran-
Illius & crudos ſæpè imbuit hoſtia cultros. (nus:
Ergo vbi compoſitæ propior Magus aſtitit aræ,
Membraque roratis lactentia credidit herbis;
Stantem oculis mandat prætendere vela miniſtrũ;
Et viſu prohibere viros. hi iuſſa faceſſunt.
Inde miniſter abit. rapido tum concita flexu
Corpora ter conuerſa rotat: ter lubricus orbem
Circuit, & nudo aſſultans pede, parcius vrna
Sulphureas inuertit aquas: ter ſtridulus hydri
Sibila mentitur; dant ſibila miſta dracones:
Terga ter excuſſis irrorat ſanguine guttis:
Sanguine ter miſſo pectus, traiectaque fœdat
Brachia: currentem ter in orbe cupreſſinus ignis
Auerſus ſequitur, qui ter præceſſit euntem:
Extinctamque facem iactat, recipitque cadentem:
Accenſamque atris, quas euomit ore, fauillis
Attollens ſtetit; & ſpumas cum voce volutans;
Nõ precor, exclamat; *nã quid non nõ imprecer? aut* (quid
Numinis exorem? Seu vos antra ima tenetis:
Seu vos aſtra tenent, noſtros vigilatis ad vſus.
Sydera nonnè meum, non permeat infera nomen?
Vt dolet, vt miſeros hæc victima deſerit artus
Ante diem miſeranda gemens: ſic funera prædo
Conſtantine ſubis. tu victe potentibus herbis
Collectam ex vano ſpem noſtræ proÿce Romæ.
Hanc melior, potiorque reget: meus. ò tua nondum
Enſis corda ferit? feriet. te frangere vitam
Sic iubeo, puer ecce ſuam ceu funere mergit.
Maxenti iam cerne tuos Auguſte triumphos.
Dixit, & intorto perſtrinxit guttura filo;
Incluſitque animã, rapuitque. Tenerrimus infans
Hor-

Fruſtra imprecatur Cõſtantino quẽ Crux tuebatur.

Horruit heu mortem venientis ad oſtia vitæ,
Extemplò retegens impreſſo viſcera ferro
Excantata Dymas, calido de ſanguine guttas
Chryſtalli commiſcet aquis. dein Conſulis ora
Crudelemque vocat dira ad ſpectacula Regem.
Nec mora. fronte puer iam linea vela remouit;
Rexque inhians, ſcrutari auidus, ſpirantibus extis
Iracunda videt rebus portenta futuris:
Nec fibras ſibi fauſta loqui; lætiſſima quamuis
Admoneat, Dominiq Dymas immurmuret aure.
Interea, veluti ſubiectis feruida flammis
Lympha tumet ſpumis, calidoque exundat aheno;
Non aliter fontis latices, incluſaque curuo
Æſtuat vnda vitro, feruenſque, & ſpumea nullis
Ignibus exultat: ſubitoque inuerſa recentes
Viſa colorata ſub imagine fingere bullas.
Cerne, Dymas inquit, *præſentia diſce tuorum*
Signa operum Cæſar. Martem Chryſtallus aquoſis
Pandit imaginibus, venturaque prælia monſtrat.
Obſtupuere duces; poſitis nam vitrea caſtris
Cernere erat pictos concreſcere in arma liquores,
Et varios ſimulare virûm certamina campo.
Ceu quondam celſi è podio, ſeu culmine tecti,
Spectamus triquetri per translucentia vitri
Ire figuratis variata coloribus ora,
Illudunt oculis, minioque, oſtroque rubeſcunt,
Et croceis, praſiniſque eadem, virgataque velis
Corpora cæruleis: creſcuntq. in margine ſummo,
Ornanturque ſuo ſimulacra natantia cœlo.
Stabat, & ignauos bellantum arcere pauores
Voce videbatur Cæſar, ſed principe dextra
Vix poterat perculſa metu compeſcere corda:

Maxentius, & Cõſul prohibiti ſunt videre Magi veneficium.

Hanc hyalomantiam appellant.

Admirabilis aſpectus per vitrum trigonum.

Tutaque victrices trepidant per caſtra phalanges:
Agnouit rutilo fulgentem ſydere crinem
Et lauros, atque ora notis auguſta decoris
Miratuſque infit Maxentius: *Vnde coactis*
Torpentes acies horroribus increpat ardens
Flauius, & fruſtra ſopitum ſuſcitat hoſtem?
Hæc, ait, *arte Dimas noſtra, iuſſiſque canoris*
Prouenient. pauidis tu contra immitte cohortes
Martigenas, ſtragemq. moue. Placitura monebat;
Peruſiam. Lumina cum vertère duces. Subit ecce per altam
Obſidiumque fameſq. Vrbem: circumq. fremebant
Romulus reuerſus ad bellum cum magnis copijs. Innumeri. Dux ante omnes aut luce iuuentæ,
Armorũ aut ſquamis, rubicundo aut fulgurat ore.
Fixerat immotus Rex lumina: lumina rurſus
Conijcit, & ſpectans ſpectandi augebat amores:
Luſtratumq. oculis iterumq. iterumq. petebat,
Inque vnum effuſas conſumit pectore curas.
Nonne vides? In bella, Dymas ait, *itala Cæſar*
Romulus ecce redit. quanto ſe Gratia veſtit
Robore? quos aperit iuuenili fronte nitores?
Tu pater extinctum ploras. trahit ille feracem
Aſtrorum, Martiſque Helicen, belloque calentem,
Durantemque ſuo rigidas Aquilone cateruas.
Tu quoq. mox reduct amplexus, longinqua viarũ
Erroreſque viri, ſortemque ac prælia diſces.
Audijt, aduertitque oculos, atque acriùs vnum
Contemplatur amans genitor: cryſtallinus vdo
Dux quoque conſtiterat campo: Regiq. patriq.
Acclinare caput, mixtimque per omnia fuſos
Membra videbatur Domino ſacrare colores.
Facta Apotheoſi. Tum vero attoniti profudit gaudia cordis,
Rexque ait: *Inferias nato, molemque rogalem*
Com-

Compoſui: Diuùmque choros, & nomina feci:
Et ſtatui ſacras populis venerantibus aras.
Sed tu das plura incolumi. Debemus vterque
Tempora iam vitæ, quòd poſt defixa dolore Maxentius iã credit filium viuere.
Corda, Pater: mecum exanimis poſt funera natus,
Viuimus. At quis ſepoſiti videt angulus orbis
Illum obluctantem, & forti legione prementem
Mœnia? Romanis regio non diſsita longe
Finibus amouit reducem: ni lumina fallunt,
(Excepit Conſul) *Peruſinam cernimus Vrbem.*
Aemula ſyderibus, cœloque immixta ferentem
Culmina reſpicio: montes, valleſque feraces,
Quà Tybris tener epotis adoleſcit ab vndis.
Vera, Dymas inquit, *narras: latet abditus hoſtis*
Impatienſque ſuos muris, atque arce teneri
Flauius, incaſſum ſeras procul euomit iras. *(quãt,*
Aſt huc verte oculos Cæſar. vidẽ? arma propin-
Atque indignatum ſpectant Aurelia Tybrim: Caſtra Conſtantini oppoſita Maxentianis.
Montibus & Romam, clypeoque, haſtaq. tonantem.
Arma quidem, ſecreta iugo quæ longius amnis
Proſpicit, & foſſa circumdat & aggere vallum;
Hoſtis habet. Cerne, ancipites vt more ferarum
Captiui clauſa trepidant indagine ſaltus:
Teſtaturque metus, & ſponte miſerrima caſſes
Præda tenet: canibus iam dulcior eſca latinis.
Aſt ea, quæ Diuùm auſpicijs contermina campo Caſtra Maxentij.
Vlteriore vides fluuij prætexere ripas,
Albaque collectis tentoria feruere turmis,
Imperijs ſunt fixa tuis. en ardua quanto
Corpora ſtant ferro: & radijs imitantia Solem
Horrificam ſquamis lucem iaculantur ahenis:
Aut galeæ in celſas attollunt fulgura criſtas.

Hos tibi luſtratis Aſiæ iam miſit ab aruis,
Immenſiſque plagis Oriens, aut martia caſtris
Roma dabit. Tu ſtringe manus, pete cominus hoſte
Incluſas iugula pecudes, aut merge ſub vndis:
Mergere citra monent. Pons ilice factus, & alno
En ſtruit inſidias, monſtratque edocta reſolui,
Et iuſſo in fluctus deſcendere naufraga lapſu
Pondera: cumque ſuo prædonem effundere bello.

Pons ligneus factus à Maxentio in Tiberi ad mergendum hoſtem.

Spectabat molem, fabricataque robora pontis
Vorticibuſque cauis contra, ſpumiſq. profundas
Eiectantem iras ardenti è flumine Tybrim,
Rex neque dignoſcit, quem diſſoluenda tenentem
Sorberent tabulata ducem: caſuſque futuros
Scitaturus erat. ſed iam quæ plurima cœlo
Pendebat, ſe fudit hyems. quin turbine rauco
Ingemuit, fractoque tonans è cardine Mundi
Rupit inhorrentem violento fulmine noctem.
Incurrère ſimul cautis glaciantibus euri
Iurati laceris auellere nubibus imbres,
Et pulſare graui crepitantem grandine Romam.
Tunc etiam tellus, ſeu ſpiritus ima rebellis
Libramenta ſoli quateret: ſeu funeris atri
Indignata nefas, puerilis & vlta cruoris
Queſtu incendentes riuos, tremefacta ruinas
Moliri, & ſolidos rerum diſcerpere nexus.
Iam nutare domus: motiſque ſonantia tectis
Culmina: tum ſubito murorum excuſſa tumultu
Marmora collidi. fragilem neque vitra tuentur
Indefenſa globum, propulſaque fulcra labantem
Proijciunt proiecta ſolo. cryſtallinus orbis
Frangitur, effuſiſque natant ſolaria lymphis:
Turbaque demerſis moritur ſimulata figuris.

At non reſciſſet, fore, vt ipſe, diſſoluto ponte mergeretur.

Quin

Quin etiam expauere Duces & luce cadenti
Afflatos iterum ſubiti ſtrauere fragores.
At Magus erectos recreat, blandiſque ſequutus
Vocibus: *Immanes*, dixit, *quondam exit in iras* Nugæ,& Magi mendacia.
Iuppiter, audacem ſi quando obnixa, futuri
Mens acuit curam, rerumque latentia voluit.
At tu palmiferi ſpem præcipe Magne triumphi
O Cæſar. contra ſi quæ Ioue digna coquebat,
Arma Deûm princeps intorſit: ab amne ſuperſunt
Funera, fluctiuomuſq. furor, mergendus & hoſtis
Flumine: Terra negat, niſi præbeat vnda ſepulcrũ.
Non ſibi dignus emat Tyberinam Flauius vrnam?
Sic tumulo vndarum tegitur, quẽ crimina cõdunt.
Hæc ait, atque domus ducebat ad oſtia Regem.
Quippe recollecti fœcundis nubibus imbres Cũ circumfuſis nubibus non pluit, videtur pluuia quaſi in ſinu matris latere
Ceu matrum tenuere ſinus; ne flamine rauco
Turbidus ereptos terris effunderet auſter.
Egreſſi cum tecta duces, magicoſque receſſus
Ibant per tenebras iterum; gaudenſque Tyrannus
Exultat, Syrijs venientia miles ab aruis
Quòd cietauxilia, & ſignis Aurora vocatis:
Et ſuper ipſa mouens Germanica Romulus arma.
Saucius at curis referens ſe Conſul acerbis
Diſſitus & votis contraria vota fouebat.
Donec quiſque ſuo, tendentes limine, feſſis
Admiſere animis obliuia, munere primo
Cepta ſoporato quæ pectore ſomnus alebat.
Iamque Aurora diem maculoſo lucis amictu, Pallens, & varia aurora non indicat ſerenũ diem.
Diſcolor & rorem lacrymis operata vehebat.
Pallidaque obſcuro, claro male candida velo,
Nec placitura nitet: geminiſque coloribus ora
Diſſimilis, vario ſolem quoque pinxerat ortu.

Incaſſum nec ſigna dabat; Nam concita curſu
Fama res aduerſæ augentur, propter timorem.
Fama renaſcentis nigra per confinia lucis,
Ac tempeſtiuas dubijs rumoribus horas,
Mille fremẽs linguis pauidam luſtrauerat Vrbem.
Indomitas acies Italis, latioque vocatas
Aduenisse manus: iam Flauia ſigna propinquis
Effulgere iugis: ſanctoque micantibus auro
Iam Vaticanas Labaris tremuiſſe nouales.
Quid ſtruerent ciues? properent defendere muros?
Ac deſperantem latebris, & carcere Regem?
Vnus eat contra qui poſcitur. irruat hoſtem
Iam Capitolina ferro ſuper arce tonantem.
Hæc paſſim memorant; viſuque aſperrima Terror
Aggerat, Errorumq. cohors comitante Tumultu,
Credulitaſq. Dolorq. & Spes, Odiumq. per Vrbem
Vna incedentes formæ, cognata feruntur
Agmina. Sed cantu Terror ceu bella moueret,
Turrigeræ inuectus Tarpeia in culmina molis,
Perſonat ære cauo ſonitus imitante tubarum:
Ceu ſeptem flammis iam Flauius vreret arces.
Tum vero exciti monſtris populuſque Patreſque
Erumpunt tectis: fit clamor, & omnia latè
Cogitationes mores, voceſq. timentium.
Vocibus, ac gemitu implentur: fugiuntq. nec hoſtẽ
Aſpiciunt, ſe ſeque premunt, ſe ſeque viciſſim
Scitati, vidiſſe negant, & viſa queruntur:
Aut ſonitus horrent, dubias & aëna per vmbras
Fulgura. diſtrictos quin & ceruicibus enſes
Et miſeri à tergo vexilla volantia monſtrant;
Nec quiſquam vexilla manu, non tela coruſcat.
Dicere, ſed neſcire omnes; SIBI credulus auctor
Quiſq. metu eſt; DAT verba timor, qui verba recõdit
Nec minus exululant plangoribus icta domorum
Atria

Atria fœmineis: pueri, teneræque puellæ
Non cœlum abſiſtunt, auraſque incendere fletu.]
At Patres, quorum dubias prudentia mentes
Temperat, aduerſoque tenax conſtantia fluctu,
Conſulis ad notum limen conſulta petentes
Conueniunt, rebuſq. fidem, vocemq. repoſcunt.
Ille animo nocturna mouens reſponſa Dymantis,
Necdum opportunis dilatus proditor armis:
Cur, ait, inſanos Romana in corda furores
Terror, & incerta molitur in Vrbe tumultus?
Hoſtis abeſt, fractumque ſuis ſe proruit armis,
Nunciet hoc Cæſar populis, venturaque narret
Arma ducum, indomitos & mulceat ore pauores.
Bella vtroſque vocant: noſtri eſt victoria Regis.
Vix ea. cum latebris, tacitaq. è ſede Tyrannum
Facundis ſtatuunt Patres inducere roſtris.
Nec mora. conueniunt auguſti ad limina tecti
Quà vigil obſtructas exercitus obſidet ædes,
Occluditq. aditus. Sed tum comitantibus armis
Rex nocti fidens magicæ, vitreiſque cateruis,
Ibat inaſpectæ foribus bipatentibus aulæ.
Procubuere patres, primoq. ante agmina flexu
Conſul adoratis lambit veſtigia plantis.
Ille petens ſacrum regali ab limine cliuum
In fora deſcendit. totis comitantur euntem
Ordinibus populi, ſtipantque timentque ſilentem.
Inde vbi ſuſpenſis tenuit victricia roſtris
Pulpita, & innumeri preſſerunt murmura ciues,
Incipit: offendunt iratæ ad guttura voces.
Quocumque aſpicio, ſe ſe malè fixa retorquent
Lumina. Vos ne decus video latiale Quiritum?
An coniuratos Romam reſcindere Pœnos?
Nam

Senatores prudẽtes cõfugiunt ad Conſulem.

Nec poſtulatis reſpõdet.

Senatus in trepidatione Vrbis confugit ad Maxentium.

Palatium via ſacra mittebat in forũ.

Maxẽtij oratio ad populum Romanum.

Nam mihi nocturnos quid plebs ignaua tumultus
Cui timorē exprobrat. *Pectoraque imbelles agitas per inertia motus?*
Quem Dominum petis apta fugæ? Maxentia prodis
Imperia, & gelida Regem tibi quæris ab arcto?
I, pete caſtra mei, qui iam tibi poſcitur, hoſtis;
Et ferus elata gaudet Cruce. tollet in auras:
Dignaque ferali ſuſpendet corpora ligno.
Et periculum oſtendit fauentiū Conſtantino. *Sic meruere, meas quicumque abrumpere leges,*
Roma tuos quicumque auſi violare penates,
Impia ſacratis important funera muris.
Perfuga nec ſolus pœnas dabis: ante fugaci
Attonitos terrore duces, cuneoſque videbis,
Intremere: incertis tu monſtra furentia caſtris,
Tu circum ſtratas ſtygio pallore cohortes.
Sic adeò mihi bella mouent: meditanſq. triumphos
Deuius aſpirat Romanis collibus hoſtis.
Quippe alio iam fata vocant: auerſaque nobis
Hactenus, armato nunc allabentia cœlo
Auxilia inclinant, & cum Ioue miſsile fulmen
Stringimus. Ipſe nouos, cui vos ſacraſtis honores
Romulus, atque aras, æternaque nomina Diuūm,
Par Diuis, meliorque aderit: quem mille ſequuti
Conueniunt; animiſque ferunt concordia Reges
Prælia. Iam fortes mirabitur Vmbria gentes,
Tutaque iam noſtris vndabit Hetruria ſignis.
Par belli moles Romam tegit. Altior Orbem
Quæ ſuperat, mundiq. plagas complectitur omnes,
Gentibus ecce hoſtem cunctis ferit. Occidet vltro
Barbarus, immenſis modò clarior occidat armis.
Tu quoque iam tanto ferus ò dignabere letho.
Ergo omnes, mea turba, duci dilecta Quirino
Siſte metus. Iamque ad voces conuerſa precantes
Per

Per ſua pacatos, age, puluinaria Diuos
Conſule. nec ſacris, votis neque parce ſecundis,
Dij maiora dabunt, gratis vbi munera donis
Pendimus. Hæc fatur patefactaq. templa iubebat
Thure, & odoratis adoleri altaria flammis.
Nec mora. ſacrifico delubra micantia cultu — Supplicatio more Romano ad omnia puluinaria, in quibus ex ponebantur deorũ ſimulacra.
Cernere erat, ſtratoſq. thoros: vbi ſaxea Diuum
Corpora, puluilloque ſuper compoſta iacebant:
Aut iuxta molles ſeruant duriſsima ſedes.
Agmine tum denſo iuuenes, matreſque, viroſque
Supplicibus ſiue ante Deos procumbere turmis:
Obuia ſeu manibus libare, aut oſcula plantis
Nequicquam, & ſurdas inducere verba per aures. — Quæ colebãt & oſculabantur.
Ibat fœmineos ampliſſima veſtis in artus
Gaudia teſtantes: veluti iam Flauia nuſquam
Bella forent, victorq. ageret ſua Regna Tyrannus.
Aſt aliæ, quibus & ſtrages, & nuda ſuorum
Funera adhuc vellunt animos, oculoſque calentes
Irrorant lacrymæ, Terrorque incuſſa flagellat
Pectora; verrentes paſsis delubra capillis,
Illabuntur humo, genibuſque per alta volutæ — Fœminæ templa verrebãt capillis.
Limina portarum, totis ſua corpora templis
Puluerulenta trahunt, ſulcoque aſarota figurant.
Inde fatigantes amplexu ac fletibus aras
Aut fremitu, gemituq. Deûm ſimulacra cientes,
Triſtibus implebant reſonantem vocibus ædem. — Mulierum Romanarum preces.
Dij prohibete: feros arcete penatibus ignes,
Prædonemque vndis, flammiſq. immergite Regem.
Quis rapturus adeſt fœdatam ſanguine Romam?
Eiaculata graui contra nec Iuppiter auro
Fulmina moliris? nec tu furibunda triſulco
Argento Pallas, patriſque imitantia telum

Tela

Tela iacis? non bellipotens quatit haſta tonantem
Aegida, in aduerſos nec funera perſonat hoſtes?
Iuno Iouis coniux tonitru non Palladavincis?
Nam tibi terrifico potis eſt quoque dextra metallo
Argentum in fulmen. flammaſq. animare ſequaces?
Nec tu Veſta tuos æterna tueberis ignes?
Nunc & Auentinæ quid ceſſant arma Dianæ?
Romuleique ſator generis, qui bella coërces,
Bella moues idem, quæ tempeſtate cadentes
Irruis aut populos Mauors, aut obruis Vrbes,
Nonne aderis? non barbaricas populabere turmas
Fulmineo accendens flagrantem ſydere cladem?
Dique, Deæque omnes, quibus ingens Roma potẽti
Par Superis ſtetit imperio, defendite veſtras,
Quas habitare iuuat, dilectis montibus arces.
Hæc ſantur miſeræ; & Diuûm penetralibus altis
Lætitiæ alternant gemitus; nam munera contra
Effundunt hilares aliæ, conſumptaque iactant (Et aliarum fœliciora ſperantium.)
Prælia, gratanturque Deis. *Tu Iuppiter vltor*
Frangis raptorum furias. tu bellice Mauors
Bella teris vindex, exultantemque ſuperbis
Latronem ſpolijs Tiberina extendis arena.
Tuque feris Pallas, cuſtos tu Diua colubris
Gorgonis arctoæ mala viſcera paſceris Hydræ.
Nos modo ſacra damus, nos dona rependimus aris.
Accipite, & dominæ pacem componite Romæ.
Sic adeo querulos miſcebant gaudia luctus:
Spemq., fidemq. metus. Pugnant contraria vulgi,
Et vota incertos ſubeunt diuerſa Quirites.

CONSTANTINI
LIBER VII.

ARGVMENTVM.

Conſtantinus cum ad Vrbem appropinquaret, falſo nuncio hoſtium à tergo aduentantium, Magique Dymantis dolo, exercitus ſeditionem paſſus: tum audito Dalmatij abſentis periculo, ira, doloreque angitur. Porrò Dalmatius in Aemiliam, Flaminiamque à Conſtantino præmiſſus, earum Vrbibus in poteſtatem redactis, repentè à Romulo Peruſiam compellitur, obſideturque.

MOta ſed imperijs ducens melioribus arma
Conſtantinus iter celerat venturus ad Vrbem,
Ante, diem accenſis quàm nox extingueret aſtris.
Et iam Veientum campos, colleſq. tenebant,
Finitimique vadis vndoſa noualia Tybris;
Vociferans, pallenſque metu, curſuque fatigans
Terga fugacis equi cùm longe apparuit aruis
Nuncius, & cuneos conuertit vocibus omnes.

Falſa nunciat putans vera dicere. *Quò properatis iter? genus ò lacrymabile Romam*
Quæritis, & ſtrictos iugulis non cernitis enſes?
Obſidioque famem iam corpora veſtra vorantem?
Hoſtis habet Cimini montes, atque ardua ſummo
Quos reliquerat à tergo Conſtantinus. *Saxa iugo, latiſque fremunt tentoria caſtris.*
Vidi, ego littoreas quot verberat æſtus arenas;
Tot perturbato vexilla micantia cœlo;
Tot cædem, & cladem rabidas ſpirare cohortes:
Ima procul vaſtis vmbrata gigantibus arua.
Seu maneant, ſeu terga premant, ſperate ruinas.
Sic ait. & dubias rumoribus impulit aures.
Pars dictis habuere fidem; ſyluiſque profundis
Veniſſe inſidias cæca ſtatione ſedentes;
Et ſubitas montana putant in culmina fraudes.
Incuſant alij narrantem, & vana timentem,
Spicula & arboreos fingentem in bellica ramos.
Nam quis agat pugnas, metuẽdaq. mõtibus arma,
Vincendo Italiam emenſis? vbi martia retro
Caſtra relicta fremant? duros vbi terra Mymantes
Fuderit? armatas paueat, qui fugerit vmbras.
Conſtãtinus iubet explorari an vera nuncientur. Iamque adeò incertas voces, & murmura Cæſar
Audijt. ille ratus ſomidine viſa fugaci
Agmina, delectos tamen imperat ordine ab omni
Ire duces, veris & falſa repellere ſignis.
Hi magni properant mandata faceſſere Regis.
Diditus interea magis increbreſcere rumor,
Ignaroſque metu circum irritare maniplos.
Forte rudes inter caligas, vulgique minores
Præcipuus comites Hortenſius ore valebat;
Tã bonus eloquio, gladio quàm prõptus, & armis.
Vnus è cohorte prætoriana Romuli. Hic quoque Cæſareo prætorius agmine miles
Romule, cuſtodem tibi geſſerat impiger haſtam;

Prælia ſed miſeræ poſt Veronenſia noctis
Transfuga bellator Labaris fœlicibus ibat:
Callidus occultare dolos, auidoque poteſtas
Siqua foret, domini caſus vlturus acerbos,
Suſpenſo quos ille gradu tum corde coquebat.
Ecce per illuſtres, irarum feruidus, auras
Viſus adeſſe viro, & deſertam Romulus ore
Exprobrare fidem. furiali è gente triformem
Namque Dymas Scyllam vultus hominiſq. feræq.
Mutantem, & crudos afflantem in pectora ſenſus
Miſerat. *Haud ſero*, dixit, *mihi perfide, ferro*
Tu quoque deſertor, tecumq. aduerſa peribunt Oratio ficti
Agmina. Non pauidos ſic tendens retia ceruos Romuli.
Venator: clauſit ceu noſtra indagine Mauors
Hoſtiles hinc inde manus; ruiturus ab alta
Seu Cimini de rupe tonet, ſeu montibus Vrbis.
Ipſe quoque infeſtos rapiens in bella triones
Haud procul hinc adſũ, victis prob quãta daturus
Funera: tu paribus ſcelerum merſabere pœnis.
Sic fatur, ludenſque oculos, & conditus auris
Errat circum acies, & Flauia ſigna moratur. Per dæmonũ
Aut odia ſpumis liuentibus ille veneni præſtigias, &
Conijcit: aut verſis horrentia corda ceraſtis fraudes tur-
Sibilat, intorto refugos aut verberat angue: batur exerci
Inſpiratque metus, & amatæ obliuia palmæ, tus Conſtan-
Indocileſque regi queſtus, & amara dolentum tini.
Iurgia, defectuſque truces. Hortentius audax
Vt vidit fugiſſe ducem, quamquam ora minantis
Vix tulerat, vocat impatiens, veneranſq. gemenſq.
Incaſſum. tum dicta pauor furibunda, pudorque
Exprimit: *Adſum equidem ſemper tuus: ò mihi fuſo*
Sanguine defenſus, ferroque, & corpore Cæſar,

Cur

Cur abiture venis? famulum ne ſperne rogantem,
Neu ſciſſa imperia, & deſertos obijce faſces.
Signa inimica ſequor, dum perſequor. ore coacto
Sacramenta dedi, nec priſtina mente reſolui.
Coniurata manus tibi militat. hoſte repulſo
Vnus ego bis auſim te regem inducere caſtris:
Hortentius in proditionem actus alios conatur adducere.
Viuentem victor, morientem extinctus habebo.
Sic ait, & notis iterum ſe cœtibus offert.
Stabant Flauiadum vario ſermone cohortes
Iam ſibi diſsimiles: tot agebant pectore motus
Obſtrictæ monſtris erebi: verſantque timores,
Oblitæ auſpicijs domitum cœleſtibus orbem,
Auguſtique trophœa ducis. Tum proditor orſus
Aut ſerit in medios, ortas aut ventilat iras.
Hortentij oratio ad milites.
Vos affixa iugis à tergo horreſcitis arma,
Et prope nubifera pendentem nube procellam,
O ſocij: incuſſam propiùs neque fulmine frontem,
Tela nec aſpicitis, lateri ſubeuntia tela.
Cingimur, obiectiſque nefas erumpere caſtris,
Et coit in noſtras romana potentia clades.
Mōſtriferis quæcūque ardēs vomit arma cauernis
Africa: limoſis quæcumque expumat arenis
Septeno eructans vndantia flumine Nilus;
Siqua per extremos Oriens diſterminat axes
Trans mare, trans terras naſcenti exercita Soli
Tybris habet. retro mouiſſe Tiphoëa montes
Centimanumque Gyan narratis. At ecce, Deorum,
Quem pater ordinibus, poſitiſque ſacrauerat aris,
Vulneribus perijſſe ratus: iam ſoſpes ab Arcto
Romulus innumeras acies aquilonibus actis
Aduexit. quot ſunt Scythiæ glaciantibus oris,
Quot ſunt Sarmaticis populi: qua frigida fluctus

Hinc,

Hinc, atque hinc geminos rigidis obiecit Alanis,
Indomitiſque Getis tellus: quà turbine frangit,
Aequora quà ſtringit Boreas, niuibuſque ſuperbit
Aeternoque gelu durare in prælia gentes;
Cuncti adſunt, noſtroq. petunt è ſanguine pœnas.
Tam fera tempeſtas nos obruat? Ite per omnes
Vincendo Italiæ fines, decerpite lauros,
Vt patriæ amplexu transfoſſus, & ore parentum
Quiſque cadat. Niſi dura licet mihi flectere corda,
Morte ſequar: ſin monſtrat adhuc lux orta ſaluti,
Oremus proni Auguſtum; noua protinus hoſti
Fœdera componat, ſe ſeque ad regna reſeruet.
Quis parat inſanus ſibi funera? FORTIA quondã
Pectora declinant vulnus; telumque retorquet
Celanti ſimilis victor, figitque ſequentem.
CEDENDO occidat, Dux cõſulit: aut ſibi quiſque
Rector ab imperijs reuocabit colla ſuperbis.
Haud moritur defecta fides, vbi munere vitæ
Nos Regemq. malo ſubducimus. ARMA decorũ eſt
Condere, victrices repetant modò craſtina dextras.

Dixerat. & nondum manifeſto impulſa tumultu
Corda labant. ſed miſſa manus, certique ferebant
Explorata duces: denſari immania late
Corpora bellantum, & totas obducere valles
Agmina montanis iam deſcendentia caſtris. Hæ tamen larux fue. ſūt.
Miratur, cauſaſque animo peruoluere Cæſar
Haud potis, ire nouis mandat ſigna obuia ſignis,
Atque improuiſum ferro decernere Martem.
Miles at obſtupuit: nec aperto credere campo,
Aut ſe ſe caſtris audebat, & vndique clamor,
Commixtaque ferox gliſcit formidine queſtus.

Ecce ſuperueniens diuerſos nuncius agros

Nuncius obſeſſum Dalmatium refert.

Implebat clamore, ruenſque auguſta ciebat
Nomina: *Conſtantine tuos ni miſſa tuentur*
Auxilia, incluſos pugnatæ mœnibus Vrbis
Auferet hoſtis atrox. cingit, frangitque, premitque
Iamque tenet; miſerare tuos. Nec plura. ſed alto
Cum fremitu lamenta virûm, voceſque reſultant.
Non aliter peritura gemens frumenta colonus,
Quæ ſata flumineæ propter confinia ripæ
Hibernus demerſit aquis ſtagnantibus imber.
Dumque truces queritur cauros, & nubila plenis
Exonerata notis, inimicaque meſſibus aſtra;
Turbidus ecce fragor creſcentem prçuius amnem
Perſonat. Ille ſuo iam pallidus ora periclo
Rupis in alta ſubit: fluuiuſque rapacibus vndis
Fertur, & ingenti nimborum mole iacentes
Cum ripis proſcindit agros: fluctuque voraci
Culta per vndantes voluit populata nouales.
Nõ ſecus ingeminat tremefacta per agmina terror.

Metu creſcit ſeditio.

Nuncius at veniens Auguſti ante ora parentis,
Vix ego, dicebat, *per tela, per obſita vallo*
Solus, inops, tantum non lapſis Icarus alis
Caſtra ſuperfugi. nulla eſt aut montibus altis,
Vallibus aut imis ſtatio; qua diſſita ſigno,
Diſcretis qua non videas tentoria velis
Tendere. Cum Borea vulſas è vertice Mundi
Aduexere Arctos, mediumque immanibus anguem
Vexillis glacie ſeptem vinxere trionum.
Romulus hos Cæſar iuſſu regit. Vnde fugaci
Imperium iuueni, geliduſque acceſſerit Orbis
Incertum; bello tamen imperat. Arma ſecundo
Auſpice Flaminiæ in populos ducebat & Vmbros
Dalmatius; ſubito hoſtiles cùm littora vectæ

Itala

Itala, turbato quæ verberat Adria fluctu,
Conuenere acies. Lybici nec turbine venti
Pulvereo plures nimbo voluuntur arenæ,
Quot venere fretis. Ceſſit, campoque receptis
Dux mileſque tuus properauit in ardua caſtris:
Obſtruxitq. arces. Equitum, peditumq. ſequentem
Mœnibus è patrÿs vix defendere procellam
Nobiſcum Peruſina manus; quibus horrea ſeruat
Arcta Ceres, tenueſque fames iam mordet aceruos:
Fruſtranturque animos, & fortia pectora vires.
Quod ſupereſt, præcurre Pater, peritura tuere
Corpora, Tyrrhenamq. Vrbem defende ſupremis
Excidÿs. fundent animas, vitamque decoro
Sanguine: in ardentes ſubſident tecta ruinas,
Ne tua regna labent. Pater ò tu ſubtrahe morti,
Sponte tuam certa redimunt qui morte ſalutem.

Dalmatius victor reuertente Romulo Peruſiam compellitur.

Sic ait. At Cæſar numquam violentius alto
Vulnere curarum fixus ſtetit. Iret? & arctos,
Cum ſocijs, rupta murorum compede ciues
Solueret? at tergo nondum explorata coruſcant
Signa ducum. Verſis hos frangeret ante maniplis?
Primaque diſperſis operiret ſtragibus arua?
Miles at inſuetis animos terroribus implet,
Nec pugnæ palmæque pares. Ergo æſtuat ardens
Ira, dolorque viro: tum verba ſilentia labris
Opprimit. Aſtabant domino capita alta ſenatus
Belligeri, fortiſque manus. Facundus & ore
Artemius, Patreſque inter iuſtiſsimus omnes,
Legatum reducem quem Roma in caſtra remiſit:
Quid, fatur, *longinqua cupis certamina Cæſar,*
Nec prope tela iacis? vince hic, ſeu terga petentes
Proſternis: recto pauidam ſeu fulmine Romam

Conſtãtinus inexpectatis nuncijs turbatur.

Ducum in rem præſentem conſilia, & ſententiæ.

Percutis. Imperij numen, mundique ſuperbum
Subde caput; dein cūcta tenes. Quis in arma reſurgit
Romulus, ex imis emerſa paludibus arma?
Hic quoque auernales iterum mergetur in vndas.
Sic ductor. Contraque refert Albauius: *Enſes*
Eſt mihi cognatos, fodiunt qui caſtra, timendum.
Hoſtis habet vallum, mileſue ſimillimus hoſti;
Dum trepidat, dum ſigna fugæ deuota recondit.
Hic neque degeneres animos, aut pectora terror
Arguit. arguerim Furias huc dira ferentes
Sibila, & accenſos facibus ſtridentibus angues:
Sed niſi bellantum ponat ſtupor; audeat amens
Pertentare aciem quiſquam, Martemque ciere;
Turpia mox latos rapturus terga per agros?
Sederat immotus Cæſar, tum plura loquentem
Impatiens audire, fremit: ſurgenſque: *Manebunt,*
Exclamat, *voſque eſte duces. Ego ſolus in hoſtes,*
Conſtantini audax Fortitudo. *Vnus in arma vocor. Me ne hinc ſpectare meorum*
Cruda quieſcentem ſperaſtis funera? tanti eſt
Otia ferre Ducem? ſedeant, fugiantue, pericli
Expertes quicumque meos odere triumphos.
Hæc ait: atque ingens rapta ſe protinus haſta
Extra efferre pedem, voluitque interritus heros
Ire, vel incertas extemplò adducere turmas:
At patres domini veſtigia ponè ſequentes
Circumſtant, genua amplexi, precibuſq. morantur,
Deplorantque fugam: *Sinat, albo craſtina cœlo*
Orta dies ſignet rebus meliora gerendis
Tempora. prætereunte metu cras libera ferrum
Agmina, & attonitos cladem miſſura per hoſtes:
Stare fidem interea ſua per ſecreta repoſtam,
Cordis ab occulto meditantem romula vallo
Funera,

Funera. Sic fantur, iamque omnes fuſa per agros, Milites iniuſſi ad Imperatorem conueniunt, & queruntur.
Fama ciet cuneos. concurritur. vndique clamor:
Vndique præcipiti miles collecta tumultu
Signa rapit. Regem magno agmine circumſiſtunt:
Diſſona tum queſtu reſonant, & vocibus ora.
Pars rogat, exoratque moram: pars viſa rebelles
Intentare minas, vimque obiectare frementi,
Si patres nollet, populoſque audire precantes.
At Cæſar: *Quid enim*, clamat, *morer amplius? & vos* Cum eius indignatione.
Hic etiam auguſtos ferro violabitis artus?
Aut ego captiuus tradar? me me ipſe periclis
Expediam. Dixit, nudatumque arripit enſem,
Tum vero ſtupuere omnes, auſoque reclamant.
At prope qui Regem ſteterant, mucrone micãtem
Prenſauere manum, circumfuſæque dolentum
Ad terram cecidere acies, veniamque gementes
Implorant, nec bella negant: Patreſque receptum
Conferti ſtatuunt clauſa ad tentoria Regem.
TANTVM vox ſtygia, & iuſſæ valuere colubræ. Vis & aſtus Dæmonis.
Sed paulum fluctus iam detumuere minantes,
Nec tamen ambiguis motas legionibus iras
Arcet muta quies. Medio ceu vidimus æſtu
Horrificis rapidos diſcurrere nubibus auſtros,
Fulguraque & tonitrus, & aperto fulmina cœlo
Fundere. & immiſtos reſonanti grandine nimbos:
Mox tamen abruptis iura intermiſſa procellis,
Stare & adhuc nigro pendentia nubila cœlo;
Nec dum auris ſolem radios criſpare ſerenis.
Sic errat dubio Pax intermixta volatu,
Nec penitus victas adigit miteſcere turmas.
At contra longè aduerſos ardebat in hoſtes
Dalmatius, celſamque iugis obſtruxerat Vrbem,

Cóſtantinú, qui Bononiã intrauerat.

Nam poſtquã Auguſtũ venerata eſt Felſina fratrẽ;
Flaminiæ in populos metuendum vertere Martem
Iuſſus erat. Labari quàque ille timentibus aruis
Induxit ſublime iubar; patefacta ſubegit
Mœnia, nec populi frenos renuere decentes.
Ergo per Æmiliam poſitis velociter armis

Imolẽnſes, Foroliuienſes.

Corneli, Liuique forum ſtatuere quietas
Otia per terras: ſciſsiſquè Fauentia tectis,
Quà Pontis geminas elapſus flumine turres
Lamon frugiferas interluit amne nouales.
Vitiferis Ceſena iugis: veteriſque Rauennæ
Adriaci portus, ſtanteſque in littore claſſes
Accepere ducem, Flauique in nomina leges.
Tu quoque victorẽ veneraris Ariminum: & arces
Oblitæ imperia, & faſces ſtudiumque Tyranni.
Hinc populi Senonũ, àc ſenibus non æqua Piſauri

Núc Foliam dicunt.

Fanum Vrbs

Tecta; ferax aruis quamquam ſe pandit apricis
Et tellus liquido fœcunda rigatur Iſauro.
Hinc & Faneſtris Fortuna, & clara per æquàm

Foroſempronienſes.

Senogallia,

Flaminiam fora Semproni: quique edita longè
Vrbinate iugo ſeruant: quique æquora iuxta

Nunc Metrú dicunt apud quem victus eſt Aſdrubal frater Annibalis.

Sena tuos habuere lares: pulſata Metauro
Audaci qui ſaxa vident, potantquè ſonantem
Pœnorum clades, alliſu vorticis vndam.
Vndique ſigna volũt: viſa vndique caſtra coronãt.
Hàc ferro Fernande tonas: Manrice Britannos
Hàc vertis cuneos: hàc ductor in arma coruſcat
Dalmatius. Cuncti obſequio ſua colla reclinant,
Et capiunt domitas Aurelia iura per Vrbes.
Iamque propinquanti ſe nobilis addidit Ancon,
Quæ geminos inter ſubſidere mœnia colles
Iuſſit, & obiecto deſcendit ad æquora portu;

Adria turgentes quà formidabilis vndas
Sternit, & immanes frangens Aquilonibus iras
Spumantem ſonitum placitas componit ad oras.
Inde per aërios, Picentia littora, montes
Cognataſque ſalo rupes, Laureta tenebat
Culmina. Dilecti Superis, magnæque daturi
Italiæ titulos, æternaque nomina colles,
Vos iuga Picenis fortunatiſsima terris,
Augurijs Diuûm, & cœli plaudentibus aſtris
Venturos olim iam tum ſignaſtis honores.
Nox aderat, numquam liquido ſic pura ſereno
Feſtinata mouens hilari ſpectacula cœlo.
Nam propè, vicinæ ſecreta virentia ſyluæ
Incoluit, rigidoque ſenex incluſus in antro
Egit deuotos Superis ſine lumine ſoles;
Nomen Picenis non illaudabile terris.
Ille quidem nemore ex imo, ſpecubuſq. repoſtis
Audierat ferri ſonitus, populoſque domantem
Dalmatium. multumque ſuper Conſtantia bella,
Et figenda Crucis Tarpeiam ſigna per arcem
Sollicitus, placitis onerabat ſydera votis.
Ergo intempeſtæ per opaca ſilentia noctis
Speluncam, & ſcabris horrentia limina tophis
Egreſſus, cliuoſa ibat per compita ſaltus.
Dein genibus viridi flexis ſuper aggere collis
Indulget precibus: verſoſque ad ſydera vultus,
Perfuſos vultus lacrymis, multoque calentes
Flumine, tum palmas tendit: mundoque ſilenti,
Ipſe dabat voces, & amica incendia cordi:
Diuinas fruiturque faces, augetque precando.
Eloquar ante Deum mutus cinis. En erit vnquam
Digna Deo vt fidens ſeruus loquar? auius exul

Lauretum, quod nomē poſtea loco datum.

Templum Virginis Lauretanæ in edito colle eſt ſitum.

Eo tempore Eremitarum nomen erat celebre in Ægypto.

Pij viri preces, & oratio

Heu cœlo procul, & patrijs ſecretus ab aſtris
Diuidor. at ſaltem miſeræ ſolatia vitæ
Da Pater; alma Fides, populos vt vecta per omnes
Monſtra indignatis pellat furialia templis.
Nec ſpes tanta ſubit; ni Flauius imperet Vrbi,
Cruxque triumphatam pulſi Iouis impleat arcem.
Vincimus: & pauidis ſtygia cum gente Tyrannis
Arua per hoſtiles diſpergimus Itala cædes.
Sed tremefacta nouos horreſcunt corda tumultus:
Venturiſque timent, quæ non videre, periclis.
Naſcitur anne iterum romanis cladibus enſis?
Anguis & attritos Maxentia colligit artus?
Tu pater ô, qui iuſſa potes ſeu vindice dextra
Bella redordiri, ſeu condere tempora Pacis,
Da finem, compeſce dolos auerte ruinas,
Eumenidumq. truces, hominũq. extingue furores.
Sic fatur: lacrymiſq. magis ſe ſe implet amatis:
Nutrit & illapſos, & ab imbribus elicit ignes.
Dumque recurrenti cœleſtia complicat æſtu
Gaudia, diffuſos nec diſquutit ore pauores;
Spiritus infremuit, denſoque volumine nubes
Diſcidit obſtantes: ac turbine compulit atro
Æquora ſulcantem ſtridorque fragorq. procellam.
Aſper & incuſsis aquilonis inhorruit alis
Adria, commotis pulſuque incumbit arenis.
Agnouit fluitare malum, merſuſque dolore
Nempe, ait, *algentes ineunt maria alta Triones.*
Et ſtridunt, fluctuq. tonant, & littera frangunt.
Quid ferale parat? cur tempeſtatibus Arctos
Adriacis pelagi, & noſtris male temperat oris?
Monſtra vomet contra? gelido quæ miſſa profundo
Tecta ruent, vaſtis ictaſque tridentibus Vrbes?

Mouetur mare non tã fluctibus, quam indicatis claſſibus.

Dixe-

Dixerat, & preſsis obmutuit ore querelis.
Ac metuit ventura magis. Spes orta viciſſim
Exorare monet Diuos, Diuûmque potentem
Reginam dextra laturam fulmina Matrem.
Venerat in collem ſenior, qui vertice cliui
Seu viret in ſulcos: veteri ſeu proxima ſaltu
Tollit frondoſis arbuſta virentia ramis.
Hic autem viſa aërios percurrere campos
Sydera, & albenti labentia crine per vmbras
Vicinam flammis innoxia lambere ſyluam.
Aduertitque oculos mœrens Pater. adfuit vnà
Dalmatius, geminique Duces; vt forte ſubibant
Obſeruaturo excubias in culmina greſſu:
Stelliferaſque faces, & candida ſigna ſalutant.
Sed maiora vident. nam quà poſt æquora tendit
Illyris, obiectas & montibus erigit oras,
Ignibus ecce mouet ſe conformata coruſcis
Cœleſtis per inane domus: cui lucida proni
Incumbunt, ſtelliſque micant faſtigia tecti:
Nec ſola in noctem vehitur. Nam quatuor alas
Supponunt oneri, flammiſque accenſa decoro
Terga miniſterio iuuenes, Ædemqne volantem
Depoſuere leues viridantis gramine ſyluæ.
Effulgent nemora: & miro ſe lucis opimæ
Certatim tellus, nox & fulgore coronat.
Reſtitit ore ſenex: tectique ad mobilis ignes
Obſtupuere Duces. Afflatus at ille, recepto
Plenior, emotuſque Deo, ventura volutans,
In voces, ac vota ſonat, limenque ferendum
Cœlicolis, ſacroſque loci memorauit honores.
Salue Auguſta domus: ſimulatis ignea ſaxis,
Virgineæ fingis quæ tecta ſimillima matris.

Collis, in quo poſtea conſtitit Domus Lauretana.

Domus Lauretana ſæpe nocturnis ignibus collucere viſa. Hæc tamen poetice narrantur.

Domus Lauretana in Picenum aduecta è Dalmatia.

Per manus Angelorum ſacra Domus eſt aducta.

Tu

Tu noſtræ augurio properas opi' uſque ſalutis.
Vnde venis? Vnde aërio nitidiſsima curſu
Pondera flammiferi proceres ad littora portant
Itala? Vera quidem ſeclis voluentibus Aedes
(Quæ ſpatia immenſi vincentem altiſſima Mundi
Virgo parens ſecreta Deum ſub viſcera clauſit)
Has vaga cœlicolis veniet famulantibus oras.

Quæ antea è Galilæa venit in Dalmatiam.

Cum raptum Galilæa gemes, & Dalmata limen.
Italiæ ſed enim tu regnatricis amores
Deliciaſque foues Virgo: tu Diua perennes
Huc ſedes allapſa leges; vbi maxima, terris
Natali des iura domo, & de culmine collis
Muneribus ſuperes populos regina petentes.

Cōcurſus ad Lauretanam Domum.

Finibus extremis & vtroque à ſole profectas
Aſpicio gentes. deſunt tecta hoſpita: deſunt
Arua, nec innumeras capiunt latiſsima turmas.

Templum Virginis Lauretanæ opulentiſſimum.

Templum ingens, ſublime tholo, poſitumq. latinis
Certatim patribus, & non ſuperabile donis
Secula mirantur: prohibetque opulentia fines,
Atque auri argentique modum; compoſta per aras
Clara figuratis tot ſpirant ſigna metallis:
Plena tot ingeſtas claudunt æraria gemmas:
Luminaque aduecta clathris conduntur erythra.
Cunctarum tu diues opum, ſed nomine Diuæ

Domus ornata extrinſecus ſculpto marmore.

Præfulges opulenta magis venerabilis ædes:
Inſculptis (parium nec dedignabere marmor)
Et circum poſitis tua viuere ſaxa figuris.

Ornatus interior eiuſdem.

Interior ſed quanta nites? ſeu paſcit oliuo
Immortale iubar, numeroſaque lampas in auro,
Argentoue tibi aduigilat: ſiue aurea pendent

Quæ Coſmus II. Mag. Dux Hetr. obtulit.

Cornua parietibus: Dominam ſiue ante coruſcant
Innumeras ſimulacra faces, Superique volantes

Argen-

Argentò ſolidi, lucemque imitante metallo,
Et celante fores ſanctæque armaria cellæ.
Tu medio ſtabis, totque inter maxima ceræ
Sydera ſublimis, conſertaque lumina gemmis,
Diua ter attolles ſcandentem fronte coronam:
Virgataque gerens auro (mirabile textum)
Fluxaque demittens humeris velamina telæ
Fulgebis, ſemperque nouo pulcherrima cultu,
Salue iterum Mundiq. decus, fidumq. vocantum
Auxilium: ſpes ò miſeris, ò prima ſalutis
Lux oriens, ò ſtella feris inimica procellis,
Errantumque in nocte iubar, nigraſque tenebras
Alba fugans, Soliſque potens Aurora ſequentis.
Ipſa quidem hæc olim populis celebranda futuris
Limina deduces, Superiſque habitabile tectum.
Sed tamen hic locus eſt, quo te iam Diua micantem
Sublimi è ſolio, & fundentem occulta per auras
Munera cœlicolæ reuehunt: Non ſecula curæ
Sera tibi tantum, aut venturi eſt ambitus æui;
Se quoque noſtra tuis defenſa tuebitur ætas,
Stabitque imperijs, opibuſque refecta ſecundis.
Ergo potens ò Mater ades: tu Flauia bella
Dirige. Si fragor intenti ſuper intonat enſis,
Et caſtra ignotus trepidantia percutit horror;
Si mare deſpumat glaciata aquilonibus arma;
Verte precor, depelle manus, aut frange minaces:
Fulmine flagrantem ferientibus obijce dextram,
Noſque tege, vt teneros alarum tegmine natos.
Non erimus facti immemores: te Flauia templis
Accipiet, Pietaſque pio donum Orbe rependet.
Interea tibi bella geret: tibi vincitur Orbis.
Hæc ait. allapſuſque ſolo veneratur euntem

Simulacrum B. Virginis in eadem ornatiſſimum.

Homines indigêt patrocinio B. Virginis.

Iam ſyluæ hoſpitio, & flammis accenſa ſecantem
Nubila. Continuant vnà votumque preceſque
Dalmatius, ſtratique Duces. Nec Diua ſerenum
Abnuit augurium, cum vaneſcentia tecta:
Collis & extremos in noctem conderet ignes.
Nam ſubito mutata nouas incendia formas
Duxerunt, laurique pares imitantia frondes,

Vt ex lauro, & palma oſtenderetur victoria Conſtantini.

Texerunt vario folioſam termite nubem.
Nec procul ardebant, & ſcintillantibus auris
In palmam luxere faces: ramiſque reductis
Flamma triumphales ſimulauit flexa coronas,
Explicat in zephyros rutilum quà laurea crinem.
Tunc autem ſenior: *Nec vos, exclamat, ituras*
Spectatis bello per Flauia tempora lauros,
Naſcentes ſimili quas fundit imagine cœlum?
Tu, Lauræ collis cui Lauretana per æuum

A Laureta loci domina dicta Domus Lauretana.

Nomina, & immotas, ò Diua, regerminat aras,
Dilectas aperis, donas & ab æthere frondes.
Accipimus: dantẽ ſequimur, veneramur amantem.
Teque duce innexos religamus fronte corymbos.
Tu ſertis cohibes numquam pereuntibus ora,
Victorum ne ceſſet honor, temploque perenni
Numquam deficiant dominæ victricis honores.
Sic ait. accendenſque viros longinqua reuoluit
Seu decora, & Diuæ titulos: ſeu proxima belli,
Præmia. tum caris iterum ſe reddidit antris.
Iamq vices operum, vigileſq. in caſtra labores
Nox abitura vocat, rorantibus humida guttis:
Et reducem pertæſa diem, conſortia lucis
Odit, & aduerſi decurrit ad otia Mundi;
Signaque laurigera victor ſtatione mouebat.

Recineium.

Iam Ricinæ colles, ſubiectaque collibus arua

Miles

Miles habet. lapſus natalis vertice fontis,
Anfractus quà per rigidos, cauteſque volutus
Scrupea vorticibus latrat ſaxeta fragoſis
Et ruit in campos latiſsimus amne Cluentus.
Quàque pares ducens maternis rupibus vndas
Turbidus anguſtas reſonare Potentia valles,
Tum late obiectas frangens lapidoſus arenas
Populeas ripis audet proſcindere ſyluas.
Miſſus vterque tuis, montanæ deuius aulæ,
Appennine iugis, clauſis modò calle profundo
Hoſpes aberrat aquis: aruis modò liber apertis
Currit inoffenſo ſpatioſus ad æquora fluctu.
Iam ciues Firmana fides: iam ſubdidit Vrbem Firmani.
Quam cum fraterno circumluit amne Truentum; Aſculum. Caſtellani
Maioremque rapax furacibus abdit in vndis: nomine.
At parte ex alia populos è collibus altis
Auximon, Æſinæque arces, Labienaque tecta, Auximates; Æſini.
Quæque vetus ſacro melior Septempeda nomen Cingulani. Vrbs S. Seuerini.
Obruit; acclinant. Vltro Maxentia vellunt;
Et properant fortes ad Flauia ſigna Coloni:
Aut parent hilares numeroſa per oppida gentes.
Culmina tum per ſumma Camers, colleſq. per imos Camertes; Tolentinates.
Tollentina manus: calidum quicumque per altos
Solem Apennini ſcopulos, hyememque niualem
Queſtus, amat patrios durus tamen incola montes:
Semotoſque aruis & rupibus aſpicit Vmbros.
Iamque egreſſa iugi cliuis pendentibus arma;
Expatiata premunt cerealibus æquora glebis:
Vlmiferoque patet vindemia credita luto,
Et circumſtructæ tumulis frondentibus Vrbes:
Spoletumque minax montoſiſque oppida ſaxis: Spoletani.
Claraque Fulginea: & cœlo memorabile nomen Fulginates.

Aſsi-

Aſſiſiates. Propter S. Franciſcum aſſiſiatem. Peruſini.

Aſſiſium: contraque arces porrecta ſuperbas
Mœnia, quæ ſpectant Tiberim Peruſina iacentem,
Imperioque leuant Tuſcos, ac vertice fines;
Flauius & validis miles tenet omnia frenis.
Hev faciles audax Victoria vertere pennas,
Triſtiaque ancipiti miſcere pericula ludo,
Improuiſum alnis Adriana per æquora vectis
Indoluit Martem veniſſe ad littora victor,
Atque Italum ſubitis tenuiſſe noualia turmis.
Sederat impauidis Tiberina ad flumina caſtris
Dalmatius, velantque Vmbros tentoria campos,
Iamque iter Auguſti ad ſedes atque agmina fratris

Victoriæ inopinata conuerſio.

Iuſſerat. Ecce nouis à tergo vndare maniplis,
Perque Apenninos arma increbreſcere ſaltus.
Romulus acer adeſt, cui Sarmata fortibus auſis,

Romulus dux copiarũ Septemtrionalium.

Signaque Pannonius, Germanicus explicat Iſter,
Romanumq. ducem ſequitur. Tot millia numquam
Impulit angue minax, ſpiriſq. immanibus Arctos.
Seu cum Theutonicas gentes, & Cimbrica bella,
Siue Getas, Hunnoſque feros, Italùmque, feroces
In cladem, terris glaciantibus egit Alanos.
Flauius haud alios per ſumma cacumina miles
Aſpicit, Hi longa montes ſtatione coronant:
Armaq. torquentem glomerant in vertice nubem.
Nec mora. labuntur celeres, aciemque coactis
Denſauere globis. Stabat pro turribus hoſtis

Flauiani ſe opponũt irruenti Romulo.

Flauius, & vallis atque aggere caſtra tegebat.
Nec tamen obijcere aut foſſas, aut condere portis
Signa volunt: conferre manus, dubiæq. cruentos
Haud dubitant pugnæ committere protinus enſes.
Ipſe prior, ſtimulos cui gloria conijcit, ardens
Dalmatius, geſtæque mouent iam nomina famæ;

Hi

Hi ne, ait, Icareis cœli per inania pennis
Adueniunt? noſtro tam ferro iraque calentes
Ni ceræ fluxere, fluant. Ite, obuia morti
Corpora ſpumanti merſate natantia fluctu;
Si deeſt vnda maris, tumidi date ſanguinis vndam.
Sic fatur. vulſoque iubet procedere vallo
Agmina. vociferant, raptimque in prælia tendunt,
Tam vario clamore virûm, quam diſſona plauſu;
Nec ſubit, impariles animis expendere vires.

Dalmatius ſuos excitat.

Lubrica deuexi tum ſol vrgebat olympi,
Et radijs iaculatus aquas, arcemque liquentem,
Humida tentabat flagranti irrumpere curru
Mœnia. cum geminę, at bello non æqua ferentes,
Concurrère manus. Audendi hos incitat vſus:
Hortanturque ſuæ decora ad victricia palmæ.
Hos numerus, crebriſq. mouent vexilla maniplis,
Et ferro fera mens, & neſcia pectora vinci.
Signa tubæ dederant, & aënea cornua cantum.
Quiſque tamen pugnam dextraq. & voce iubebat.
Iam ſtridunt liquidas Conſtantia pilà per auras.
Perſonat excuſsis non ſegnior aëra neruis
Hoſtis: & effundens calamo defixa volanti
Vulnera præcipitem contexit in æthere nubem;
Vndique lapſa furit volucri mors credita telo.
Eminus at contorta furor pendere iubebat
Funera. Denſantur cunei, clypeataque contra
Obuerſis compreſſa acies mucronibus ardet:
Inque artus ſcrutatus iter micat enſis in enſem,
Immerſuſque calet calido magis amne cruoris.
Non lorica tegit conſerta tenacibus hamis,
Non ſquamis per mēbra chalybs innexus aënis.
Indefenſa ſubit penetrabile viſcera ferrum,

Pugna exercitus Dalmatij cum copijs Romuli.

Incerta primùm victoria.

Vitam

Vitam indignantem lacerans, fruſtraque latentem.
Sed quãuis numero obruitur; tamen enſe cateruas
Flauius irrumpit miles, perque agmina pandit
Denſus iter. prohibent immota phalangibus arma
Germanis, durique ſonant in ſcuta dolones,
Et prætenta ſeges fodientibus accubat haſtis.
Ecce arctous eques latos pateſacta per agros
Cornua contraxit, laxiſque Aurelia frenis
In latera ſtragem curſu violentus agebat.
Stat defixa loco, peditemq. equitemq. moratur
Conſtantina manus, vultuque, ac vulnere turbat.
Illi vrgent, contra inſtat eques, teloque trabali
Imminet: ora pedes ſtricto mucrone petebat,
Corporaque, hoſtiles contundit & enſibus enſes.
Senſit vt aduerſæ non æqua pericula pugnæ,
Et iam ceſſuras nimium tentaſſe cohortes
Dalmatius, turmis ſe ſe glomerantibus infert:
Tum ciet ore viros, dictiſque exempla miniſtrat,
Certando certare docens. Languentia feſsis
Exprobat, aut manibus dequeſtus hebeſcere tela:
Lapſantes alios releuat: Martiſque per ignem
Ardentes ardere magis, totaſque iubebat
Hoſtis in obſtrictas acies effundere flammas.
Sed pauci, feſſique labant, neque tendere contra
Innumeros, latoque valent conſiſtere campo,
Aut inferre pedem, ſtabilemque inducere pugnam.
Barbarus ordinibus, nexiſque hoc denſior armis
Tendit in aduerſos: & equeſtri impulſa procella
Ferrea vulnifico nubes quatit agmina nimbo.
Ceu quondam ignarus ſeptis florentibus hoſpes
Spectatum ſubit imbriferi miracula fontis:
Pendentemq. ſuper cameris pluuialibus vndam.
Illa

Dein inclinante in milites Romuli

Dalmatij milites feſsi, & nutantes.

Fons erumpêtibus furtim aquæ ſpiculis conſpicuus.

Illa cauis tegit inſidias occulta doloſis,
Fiſtula nec latices aperit, nec murmura fundit.
Aſt vbi compoſitis conclauia picta lapillis,
Muſcoſos propterque lacus, & fraude tumentes
Turba coit; tunc flumineis armata ſagittis
Lympha repente ferox ſurgit: tunc ſpicula cæcis
Proſiliunt iaculata tubis, percuſſaque terga
Clamātum, frontemque oculoſque liquentia figūt:
Deſuper vndat hyems nimbis, aſarotaque ſubter
Horreſcunt iaculis; ferit vndique miſſilis humor: Pauimenta teſſerulis picta.
Vndique tempeſtas aditus denſiſſima claudit:
Vulneraq.ingeminant;pro sāguine depluit imber:
Spumeus amne natat fons, & mutatus in amnem.
Non aliter clauſum denſis legionibus hoſtem
Signa premunt, ſcythicæq.manus,& funera miſcēt.
It circum, ſtimuliſque animos flagrantibus implet
Romulus, ac ſæuos media inter millia ſenſus Romuli virtus bellica.
Aſperat, aut fortes ceſſantibus ingerit iras.
Fit cædes: trunciſq. abeunt ſua corpora membris:
Cumque viris calcantur equi, perfoſſaque ferro
Arma iacent, ſe ſeque rotant fracta arma viciſſim:
Diſciſſæque haſtis haſtæ, diſcuſſaque cuſpis
Cuſpide, & enſe enſis: lacerantque volantia vētos
Fragmina. Tum primis vinci ſe Flauius armis
Indoluit, ſenſitque pares non ire phalanges. Milites Conſtantini, illo abſente primùm victi.
Ergo laborantes referunt veſtigia turmæ:
Atque in caſtra Duces reuocāt, monſtrātq. vocan-
Occiduo iam Sole diem, quæ noctis ad ortum (tem
Prælia paciferis morientia conderet vmbris.
Dalmatius reduces laudat, neque tardat euntes.
Conueniunt. aderat foribus diſcretus apertis
Vallus, & aggeſto cuſtos ſuper aggere miles;

M Flauia

Et recipit ſe intra vallum alijs defendentibus.

Flauia roboream pubes infunditur arcem.
Miſſilibuſque arcetur eques, totiſque repellit
Mœnibus arctoos legio caſtrenſis alumnos,
Si qua auſi muros ineunt; geminuſque profundas
Amnis inundauit ſudore, & ſanguine foſſas:
Obruit immerſas nox & caligine pugnas.
(Auertère gradus. ſed enim clamoribus hoſtes
Horrificis non tela manu, non corde remittunt
Pugnandi rabiem. verum hanc per caſtra refertis
Tandem diſtenti dapibus, ſomnoque reponunt.)
Nec tamen in ſomnes curas, animoq. vagantes
Pellere nox fluctus poterat, quibus æſtuat omnis
Conſtantina manus, ſignis inhonora fugatis.
Quamquam partitas ſua per tentoria turmas
Excubiæ ſeruant vigiles: dapibuſque refecta
Corpora, & in ſeram languent reſoluta quietem.

Dalmatij vigilantia, & prouidentia.

At tacitus curas, ægerque inſomnis alebat
Ipſe magis, meditanſq. abitum: Patribuſq. vocatis
Mœnia Dalmatius Peruſinæ altiſsima rupis

Qui cēſet deſertis caſtris militis tutum fore receptū intra Peruſiam.

Monſtrat, & obiectum pulſantibus æthera muris,
Occluſas furijs pluſquam borealibus arces.
Ne qua mora obſtaret, velata per otia noctis
Collem aſcenſuros motis iuſſo ordine caſtris;
Hanc fore nutantes ſedemque domumq. ſalutis.
Aſſenſique, ducem proceres, & iuſſa ſequuntur.
Nox adeo, ſerus quos cœlo accenderat ignes,
Heſperus, obtenſis cælauerat inuida velis,
Et dorſo vmbrarum ſe ſe intempeſta vehebat:
Iamque pererrato ſupremi è culmine Mundi
Labitur. egreſſas per fida ſilentia turmas
Cum iuſſere Duces Peruſini accliuia montis
Scandere. Succeſſere iugo, portiſque recepti

Cra-

Craſtina barbaricæ ludunt certamina gentis.
Finibus Hetruſcis, eademque in finibus Vmbris
Antiqua exurgit, colleſque erecta per altos
Vrbs auguſta caput radijs Peruſina coronat.

Vrbs Peruſia deſcribitur.

Quippe abſciſſa velut radiantem cuſpidat orbem,
Stellaque coniferam diſcriminat aurea lucem:

Quæ ſita eſt inſtar Stellæ.

Sic ea, productis per longa ſuburbia muris,
Dorſum accliue leuat, veteri quod mœnia ſaxo
Interiora tegunt, ſeruantq. minantia cœlo

Nec propriè Suburbia, ſed pars auctæ Vrbis.

Vertice inæquali, gradibuſque ſimillima tecta,
Ipſa per ingentes ſuſpenſis molibus arcus
Nexuit aerios colles, geminoque parauit
Strata foro; aut celſis propiorem pulſat olympum

Eius pars in dorſo mōtis, tectis altero alteri imminentibus.

Turribus: aut clatris, tereti ſque vt carcere ferri
Occludit ſalientis aquas, & marmora fontis.
Quid dicam impoſitas arces, & ſtructile vallum?
Durat vbi aggeribus numquam violanda ſolutis
Compages operum: ſeu procurrentia roſtris
Mœnia producunt clauſos firmiſſima fines:

Arx inſignis, per anticipationem temporū deſcripta.

Tormentiſq. ſonant, atque ære minantia clauſtra;
Saxa vnde, & rigidæ cautes, ferroque trabali
Spicula torquentur: vinclis ac pondere vaſto
Libramenta fremunt, meditataque tela ruinas:
Baliſtæque graues ſua per caſtella tonantes.

Hęc tormenta antiquis vſui fuere.

Tuque Vrbs, florenti cui ſe pendentia cliuo
Molliter acclinant late iuga: proſpicis alto
Culmine vitiferos vuis flaueſcere colles,
Veſtitos olea colles: & pinguibus annis
Purpureos baccæ viridi certare racemos,
Hinc grauidas meſſes, quà frugibus æquora lætis
Camporum Tiberina iacent; mediuſque ſilentes
Voluit aquas, Romæ nondum par mœnibus amnis.

Territorium Peruſinum, fœcundum, & amœnum, & campeſtre, quà Tiberis fluit.

Ergo vbi tyrrhenam miles penetrauit in Vrbem
Flauius, ac tutos acies videre penates;
Iuncta catenatis occludi robora portis,
Dalmatius Peruſiæ incluſus Vrbẽ tuetur. Obſtructoſque foris aditus, atque alta teneri
Mœnia, diſponique iubet tormenta per arces
Dalmatius. properant iuſſi, muroſque coronant.
Hi tendunt per ſumma iugi: pars ardua Marte
Aërias implent turres: vigileſque periclo
Partiti excubias verſant. tum, fortia bello
Pectora, conueniunt ciues, ac fida miniſtrant
Auxilia, & validas vectant in prælia moles.

Reddiderat lux orta diem, deſertaque caſtra,
Et vacuos profugo patefecit milite campos.
Sed ratus occultas inimico inſidere ſaltu
Romulus inſidias, & opertam vallibus imis
Turgère armorum ſubita in certamina meſſem,
Romulus hoſtes elapſos aduertit. Exploratores præmiſit in arua maniplos.
Aſt vbi depulſos in nocte ſilentibus hoſtes
Audijt aggeribus, fraudes & abeſſe nocentes;
O pudor, exclamat: *fugiunt. proh turpia fœdi*
Signa metus. Ite, & montanis condite clauſtris
Segnitiem, vileſq. manus. Ego clauſtra reuellam,
Igne ruam, ferroque domos, ignemque ruinis
Extinguam, lapſaque viros ſuper Vrbe ſepultos.
Et Peruſiam obſidet. Vix ea. cum iuſsit Peruſinos ſcandere montes
Agmina. Succedunt propere, diſperſaque totis
Firmant caſtra iugis, defixaque ſigna coruſcant.
Quin etiam muros medias perducere valles,
Et pluteis munire cauis, atque aggere multo
Cingere, tum pinnis, magnæque crepidine foſſæ
Accelerant, ſtabileſque operi circumdare turres;
Ne ludat monimenta dolus: ne diruat ardens
Impe-

Impetus: occluſa, fugiens ſua funera, ne quis
Efferat Vrbe gradus: ne quis ſe ſe inferat hoſtis;
Obſidiumque tenax nexo impenetrabile vallo
Extera ſubmoueat, ciuilia comprimat arma.
Et tum forte Fames deſertis ſqualida campis.
Luſtrabat ſterilem Peruſinis mœnibus annum, In qua rei frumentariæ inopia,
Et bello aſſuetos tremefecerat horrida ciues.
Quippe illi, ſiquas ſegetes, Cereremque malignam
Horrea condiderant, tenues ac meſſis aceruos
Degenerare dolent, populataque peſtibus atris
Frumenta, aut auidum ſubito corrupta per ignem.
Horruit hæc; duris ſed fortia pectora firmat
Flauius. Interea comitem vitæque, viæque
Romulus ignari Marium genitoris ad Vrbem, Marius Romuli ſocius ab eodẽ mittitur ad Maxentium.
Narratum auxilia, & cuneos aquilone frementes
Miſerat. antiquos iamque ille reliquerat Vmbros;
Et populos ſuperat per ſaxa, per arua Sabellos;
Rurſus & Auſonij ripis allabitur amnis,

CONSTANTINI
LIBER VIII.

ARGVMENTVM.

Maxentius locatis ad pontem Miluium caſtris ſuper Tiberim ligneum pontem ædificat, vt ſpontè ſolutus hoſtem in fluuium effundat. Id ne Conſtantinum lateret, Maximus Conſul clam ſeruum nuncium mittit, qui captus, cruciatuſque Conſulis filius agnoſcitur. Quarè ambo damnati, occiduntur. Intereà Conſtantinus de rerum conuerſione ſollicitus, cœleſti monitu vocatos ad ſe pios Sacerdotes ſolemni ritu preces, & ſacra facere iubet: qui noctù atque interdiù Deo continuatas preces offerunt.

NOndum Romanis medio ſe flumine Tybris
Mœnibus infundit, tumidæque ſuperbior vrnæ
Effundit latices, cunctarum vt Cæſar aquarum
Humida iura ferat, dominas dominatus in arces;
Cum ſuper impoſitam violento gurgite molem
Pons Miluius extra Vrbē. Pulſat, & incaſſum vellit latrantibus vndis.

Hic vbi Flaminiæ monimentum immobile ripæ
Aërios ſuſpendit iter ſublime per arcus
Miluius, & fracto ſua pondera conſerit amni.
Huc quoque progreſſus turbatę à mœnibus Vrbis
Venerat: ac denſis Maxentius obſitus armis
Iuſſa ferox duro legionibus ore ferebat.
Quippe reuertentes Aſiano è Marte cateruas,
Euphratiſque vadis, Ciliciumque è littore longè
Lætus, & Aſſyrijs reduces acceperat oris:
Eoäſque manus Aurelia bella vocantes:
Rômaque iuratas, Prætoria ſigna, cohortes,
Tergeminoque addit lectos ex ordine ciues,
Fruſtra implorantes, inuitaque tela mouentes:
Ergo ferus Ductor poſitis pro flumine caſtris
Tybridis arua tenet circumuallata recuruo
Aggere, decliueſque locos: vnde ortus in auras
Vaticanus apex longo trahit ordine montes:
Tum ſolio exceptus viridi, quod ceſpite molli
Struxerat alloquio miles, nondum ore minaci
Verba dabat. Nouus ecce hoſpes, iuuenũq. corona
Stipatus monimenta ſubit, dominique tribunal
Pronus adorauit Marius: tum dicta reſoluens,
Adſum, ait, *ô Princeps: vectis quoq. Cæſar in armis*
Romulus acer adeſt: Illum proh quanta refuſo
Sanguine tempeſtas, & ab vſque trionibus altis
Ambit inundantem, & ſtragem ſine more ferentem.
Vim ſenſere hoſtes: clauſos vt ouilibus agnos,
Quos iugulat, laceratq. ferox. Victoria noſtra eſt.
Sic adeo effantis iam nouerat ora Tyrannus,
Viſa memor repetens, diræque venefica noctis
Promiſſa. Vtque acies ad Principis ora coactæ
Dicturo aſtabant, circumque ardentibus auro

Maxentius caſtra locat ad pontem Miluium.

Vaticani mõtes lõgo dorſo ſecundum Tiberim extenſi.

Marius ad Maxentium.

Maxentij alloquutio ad Legiones.

Fulgebat ſignis, ſic excipit orſa loquentis.
Vicimus ò Comites: Aquilis prætexite lauros,
Cura quibus vexilla meo ſplendentia ſole
Incumbit, fortemque viris inducere Martem.
Pugnauere Deis hoſtes: at fulmine corda
Traiecti, flammas expirauere cruentas.
Romulus ipſe ferit: cœloque, Iouique receptus
Haud minor enſe tonat: quas & ſacrauimus aras
Stratus ſanguineis exercitus imbuit vndis.

Gloriosè, nec verè dicta.

Victima opima placet: tantiſque litauimus extis.
Quod ſupereſt, labor extrema iam bellicus ora
Vertitur. extincta nihil eſt ab Tigre timendum.
Sed propiora tamen noſtræ quod vulnera dextræ
Flauius expectat, morituraque membra Tyranni
Ipſe vocat Tiberis: iamque imo exercita fundo
Lympha laborata ſpumauit mole ſepulchrum;
Ite omnes: tabulata noui contexite pontis
Auditura meas inuito flumine leges;
Nam geret arbitrio Tiberis quoque vincula noſtro.
Vix ea. Partiturque viros, operique futuro

Sabina regio præter alios fines, Tiberi terminatur.

Inſtruit. Extemplò ſyluæ prognata Sabinæ
Robora deuoluūt, quercuſque ornoſque ſuperbas,
Fraxineaſque trabes, nodoſaque brachia nigræ
Ilicis, eſculeæ deſectaque corpora gentis:
Non abies, non pinus abeſt, nec odora cupreſſus.
Vndique vectantur nemoroſi antiqua ſenatus,
Aut ferro capita alta cadunt. gemuere parentes
Auelli ſobolem ſaltus, populumque comantem,
Spemque renaſcentis violatam vulnere prolis.
Reſponſant crebris percuſſa fragoribus arua:
Præſcius atque horret ſylueſtria pondera Tybris.
Principio quernos, genus immerſabile, truncos

Conijciunt: ſpatiumque vadis fluuiale profundis
Exuperant. Hærent fundo defixa tenaci,
Tignaque limoſis auide mordentur arenis.
Hæc adeo (propius geminas ſeu lambere ripas,
Seu dorſo medios videas proſcindere fluctus)
Directas ſuper accipiunt, duplicemque per oram
Extendère trabes. cuneis nodantur aënis,
Complexuque extrema tenent, complexa tenētur,
Inque vicem ſe ſe per mutua frena coërcent.
Hinc autem inſtratis nudata ex arbore ramis
Suſpenſum denſatur opus, tabulataque textis
Vlmea clauduntur ſpondis, validaque cupreſſo.
Nec tibi tot ſuperant fluctus Tiberine voraces,
Vt quatere, ilignamque velis excindere molem.
Quamuis imbriferi violentior agmine cœli
Huc rueres, vndaque; tibi quam rupibus altis
Apenninus alit, natos partitus in amnes,
Vt tyrrhena tuo ſcindat magis æquora cornu.
Pons tamen occultis irritamenta ruinis
Celat & inſtabili mendax compage, ſolutas
Proijciet chalybum manicas, & iuſſa remittens
Libramenta, graues operum laxabit habenas.
Tum verò ſe ſponte ruens, conuulſaque fractis
Machina ponderibus ſubiectam ſidet in vndam,
Et ſpolia immerget nemorum, ſyluamq. natantem
Cum ſtrepitu; qualis valles, ſeptemque mouere
Culmina, tum ripas poterit, totoque ſonantem
Gurgite, & auerſo refluentem flumine Tybrim.
Sic quondam, ſcenis cum ſe celebrata latinis
Infert regali clamoſa Tragœdia cultu,
Cognato chlamydes, & ſanguine picta cothurnos;
Pegmata mobilibus creſcunt operoſa trapetis,

Aut

Pons ligneus iuſſu Maxentij in Tiberi extructus.

Pons ita fabricatus, vt ſe ſponte diſſolueret.

Automata & phœnomena admirabilia Romæ in ludis ſcenicis.

Aut templa, aut ſcopulos, celſaſue imitãtia turres,
Et ſpatioſa graues ſubeunt ad pulpita montes:
Ecce inter plauſus, feſtique oculata theatri
Gaudia, ponderibus ſubito compulſa reductis
Decipiunt nexus, tabulataque fixa dehiſcunt:
Seu rapiunt ſe ſe, vaſtaque voragine condunt,
Facta ſibi tumulus, tumuloque emiſſa reſurgunt.
Penſilis haud alitèr perituri machina pontis
Libratur, nexatque ſuas, celatque ruinas:
Doctaque roboreo furtim compingere textu
Artifices immota dolos, fractumque morari,
Et ſubito in ſe ſe diſrupta reſidere lapſu,
Funera iuncta ſuis, Aurelia funera poſcit.
Ipſe ferus qui iuſſit opus, lætatur in hoſtem
Coniurare vna Tiberim: ſperatque Tyrannus
Conſtantine tuam trabibus ſuſpendere cladem,
Ipſe recognoſcens, Mario comitatus adire
Sedulus abiegnas fraudes: ſyluæque labantis
Callida conſilia, & quercus tentare fugaces.
Inde memor nati, verſoque in gaudia vultu
Intentas iterum dictis accommodat aures
Longinquum referentis iter, fluctuſque remenſos,
Et populos caro cum Cæſare bella ferentes.
Maximus at Conſul (Patribus, namq. ille, ſagatis,
Pugnaci trabea Maxentia caſtra tenebat)
Pontis vt inſidias, Flauique pericula vidit;
Tempus adeſſe ratus, clauſas quo pectore curas
Panderet, ac miſſo Conſtantia dona referret
Munere: ſollicitus clam, nocte ſilentibus vmbris,
Alloquitur Selium, quem de famulantibus vnum
Seruorum gregibus muta ad ſecreta vocabat.
Quæ tibi corda regit per dura, per aſpera virtus,

Maximus Cõſul opportunè mentem ſuam Cõſtantino detegere ſtatuit.

Atque

Atque expenſa fides, & inexpugnabile pœnis,
Rebus & ingenium pluſquam ſeruile gerendis
Me trahit in dubium callem; cogitque timentem
Aut aperire meos ventura in præmia ſenſus,
Aut properare tuæ forſan mala funera vitæ.

Oratio Conſulis initio dubitãtis de fide ſerui.

Vix ea. Cũ Selius: *Trepidantem atque vltima lethi*
Auſim non equidem dominum damnare timentem.
Me vero arguerim, qui tot per luſtra, latentis
Vela ignotus adhuc nequeam reſcindere cordis.
Vſque adeo peregrina tuas ſucceſſit in ædes
Indolis hæc ſpecies, librataque pondere virtus?
Quid dubitas, prædemque vocas? ſeu facta periclo
Nulla via eſt: vnum ſeu turbine corripit ignis,
Ipſe cadam. Lacerata iubes hoc pectora ferro
Traijciam? me me enſe petam. Demergar in vndas?
Demerſum Tiberinus habet. quodcumque placebit
Exequor. At Conſul: *Vario diſcrimina caſu:*

Verba ſerui pluſquã ſeruilẽ animum præſeferẽtis.

Sceptra quoq. & magnis veniunt ſua premia factis:
Grandia fidentes agimus: Timor omnia frangit.
Quondam etiã vires acuit Metus. Vnus ad Vrbem
Scilicet, heu miſeris quaſſam terroribus Vrbem,
Vnus ego meliora ſequor, qui Flauia votis
Arma ſequor. ſed vota palam retegenda monebant,
Fidus vt in noſtri partem traherere laboris.
Aſpicis, vt ſæuus iuriſque euerſor, & Vrbis
Ponte ſub iliceo lapſum fabricatur, & vrnam
Hoſtibus? I velox, Maxentia protinus audax
Victori commenta refer. Ne ſolus aberres,
Dux tibi Libertas, quam tradimus. auſpice Diua
Conſtantina meus tu ſigna tuebere miles,
Et fando pœne amiſſum molire triumphum.
Dixerat. at Selius: *Minus eſt, quod liber in arma*
In-

Detegit ſe Conſul.

Et donat libertate ſeruũ, vt eat honorificentius.

Ingredior, domini quàm iuſſa faceſſere, dixit,
Nec vinclis me ſoluo tuis. Nunc ocyor auris
Tendam ſeruus iter: referam, quo pendeat arcu
Lignea Mors, raptura ducē mox Tybris in vndas
Naufraga. Romanos victor te Conſule ſeruet
Flauius, inque vicem reddat, quos debet honores.
Sic ait. intentuſque viæ iam caſtra parabat
Fallere; nubifero ſe nox denſiſſima peplo
Texerat. incedit tacitus, proiectaque ſaltu

Selius è caſtris pergit ad Conſtantinũ.

Audet ab elato tranſmittere corpora vallo,
Tum properat metuens, prima ne forte reſurgant
Luce renaſcentem comitata pericula ſolem:
Notaque inaſpecto ſequitur diuortia paſſu.

Fluuius prope fines Hetruriç, ad quē Fabij ſunt occiſi.

Venerat ad Cremeram, qui largo opulentior imbre
Fudit in hetruſcas ſe prodigus amne nouales.
Hærebatque vadis miles cunctatus aquoſis,
Nando neque aduerſam potis eſt cõtingere ripam.
Haud procul hinc veteris ſenium vincētibus ęui

Sylua Veientum prope fines Hetruriç. de qua Liu.

Mæſia roboribus, ferroque intacta ſuperbis
Stabat ſylua comis. ſed enim mandata ſequutus
Maxenti audacem duxti Serrane cohortem
Fraxineum cæſure nemus. namque ille iubebat
Pontis ad excubias contexta domabilis orni,
Iunctaque detonſæ tabulata educere pinus,
Et validis vinctas trabibus committere turres.

Materia ad turres ædificandas, pro cuſtodia põtis.

Portabant luci exuuias, luctataque cauris
Brachia glandiferæ plebis, deiecta volucrum
Hoſpitia, & nudis inhonora cadauera truncis.
Vidit aberrantem procul, & vada clauſa petentem
Agnouitque virum Serranus: & Vrbe Quirini
Seruitioque abijſſe ratus; *Num transfuga*, dixit,
Romanas acies, atque acta nouiſsima noſtri.

Regis

Regis in hoſtiles effundet proditor aures,
Dedecorumq. rapax, aurique, & ſanguinis emptor?
Tormenti digne ô pretio fugitiue trabalis.
En gerimus: trunca pendebis ab arbore. Fatus
Aduocat extemplo ſocios, & in agmine ducens
Fumanti præcurrit equo. Iam flumina preſsis
Mitia vorticibus, placidaſque offenderat vndas
Nuncius: extremæ ſtantemque in margine ripæ — Selius ab equitibus deprehenditur.
Fidentemque vadis reuocans, & curſibus actus
In gyrum circumdat eques. dextraque prehenſo,
Tune fugam, Serranus ait, *meditaris in hoſtem?*
Exportanſque dolos Latio, tyrrhena per arua — Et ab eorum duce obiurgatur.
Diluuio exundas ſcelerum? quo turgidus amnis
Clauſit iter, vaſta tollitque voragine molem
Obiectantem vndas, fluctuſque & ſaxa rotantem.
At Selius contra (ſtricti nam protinus enſis
Pectus in aduerſum verſo mucrone ruebat)
Tu quoque inundabis ſitientem ſanguinis amnem,
Inclamat, *calidoque imbri ſuper arua tumentem.*
Incrementa negas Cremeræ? Sic fatus, agebat
Vulnus, & immiſſo rupiſſet viſcera ferro. — A quibus ſe fortiter defendit.
At ſubit auxilio, dextramque retorquet equeſtris
Circumfuſa manus. capiunt, religantq. trahuntq.
Vincla indignantem, dominiq. abrupta dolentem — Capitur tamen, raptaturque.
Iuſſa; tamen mutæ premit alta ſilentia linguæ.
Sed probri tandem impatiens, mala iurgia queſtus,
Quid raptatis, ait, *non vlli obnoxia culpæ*
Corpora? ſum fidei cuſtos, quam pectoris ima
Sede colo; ſeruus nuper: nunc liber in arma,
At veſtris equitum miles quàm promptior alis?
Romuleam teſtor, nomen mihi numinis, Vrbem,
Intendi cui votus iter. Fugitiue proteruis

Pergis

Pergis adhuc tacitas verbis obtendere fraudes?
Tamquã proditor, & trãſfuga. Dux excepit eques; *Tu non iniuſſe vocabas*
Barbare crudelem Romana in tecta Britannum,
Nec frangis periture fidem? ſed noxia mendax
Cum vita ſecreta vomes. Sic fatur, & aruis
Accelerabat iter, Tiberinaque caſtra petebat.
Maxentius è caſtris Romã redit. Liquerat obſtructo tentoria colle Tyrannus
Vaticana ferus, Patribuſque ſequentibus, Vrbem
Venerat. Interea valli monimenta tenebas,
Nec ducis Serrane moras, ſed mœnia curſu
Confeſtim Romana ſubis: gratuſque Tyranno
Siſtis præcipitem Maxenti ante ora cohortem.
E tẽplo Iouis in forum deſcendit per cliuum Capitolin. Ille Iouis ſacris Tarpeia ad templa peractis,
In fora ſe læuo referebat Romula cliuo,
Et miles circum, populuſque, Patreſque tegebant.
Aſtitit huic propior veneratus, & ore ſoluto:
Exciſam in turres, Cæſar fortiſſime, ſyluam
Contulimus, Serranus ait; *ſed caudice taxi*
Iſte venenato funeſtior arua premebat,
Prodigium ferale viæ: laturus ad hoſtem
Arcana imperij, excidium referebat in Vrbem.
En ferus, agnoſcis fugientem Conſulis vmbram?
Nec tu ignare Cruci, non tradis Maxime flãmis?
Cognita Selij fuga tribunal aſcendit. Dixit: at impatiens iræque, moræque Tyrannus
Confeſtim ſublime, foro reboante, tribunal
Aſcendit; ſiſtique reum, tum verbera mandat,
Intendique graues nudata in corpora faſces.
Tum cuneos, bifidaſque trabes, validaſq. bipennes
Efferri, ac tela horrificæ ſæuiſsima mortis.
Maxentij ſuſpicio, & cõiectura. Inde ait: *Haud implet ſceleris fiducia tanti*
Seruiles animos. alio tu impulſus ab euro,
Cæca velut nubes, non expectata ferebas

Fulmi-

Fulmina. fare, nefas quis perfidus imperat auctor?
Si miſeræ ſubeat tibi mens ignoſcere vitæ.
Hæc fatur. necdum reſonat fera verbera lictor.
Cum Selius: *Numquã, exclamat, damnare merentē*
Fas erit ò Princeps: equitum nec turma reperti
Arguerit ſceleris, qua me nec caſtra petentem
Flauia, nec Romæ fabricantem funera vidit.
Rura negas domini luſtrare, inuiſere terras?
Omnibus attritos nec ius tranſmittere calles?
Quis vetat? ò latiæ leges: ò æqua poteſtas
Cæſaris. Ergo tui patefacto margine valli
Quiſquis abit, patriam ferus ille, Deoſque Penates
Proruit, euerſis furioſus & incubat aris?
Cur potius non bella iuuat? non actus in hoſtem,
Exploratores acuit de culmine viſus?
Quidquid agat, mea me decorat diſcrimine virtus.
Nec dictis tormenta equidem, non deprecor enſes.
Cæde, per admotos exure ferocius ignes;
Vnus eram; pœnis vnus mactabor acerbis.
PARS mihi erit vitæ, ſolum cecidiſſe: peremptum
Nec totum tu morte premes. ſuperabit in æuum,
Quæ recreat, totoſque feret me fama per annos.
Dixit. at intorto iam verbere membra ſatelles
Pulſat atrox, crepitantq. ſudes, Tarpeiaq. ſaxa
Reſponſant: ſonitus hinc vaſta Palatia longè
Congeminant. Virgas illi, faſceſque fatigant
Et gaudent laceros vndare cruoribus artus.
Inde vncos, ferrique acies, morſuſque tenaces,
Spicula, mucroneſque, & diri horrenda paratus
Intentant tormenta viro Stupet omne ferentem
Vulgus, & immanes per læta ſilentia pœnas.
Ridentem. fremit ipſe magis, tumidaſq. Tyrannus
Exu-

Selius accuſationem diluit, nec perſuadet.

Torquetur, ac virgis cæditur.

Non ſine doloris ingenti tolerantia.

Exululans non ore, aut pectore comprimit iras:
Flagra iterũ, tortoq.iterum noua verbera mandat.
Nec ſenſit miſer, inferni ſua verbere monſtri
Corda flagellari, grauioraque vulnera paſſam
Supplicia ſcelerum furijs expendere mentem.

Maximus Cõſul doloribus ſerui commotus, à ſe miſſum fatetur, in quo amor ignoti patris agnoſcitur.

Proximus at Regi qui tum ſe Conſul agebat,
Et ſerui indomitos ſpectare doloribus artus
Haud vltra potis eſt; ſecum miſeratus, & altos
Inducens animo, quos non agnoſcit, amores:
Me me, ait, *iſte dolor, Cæſar, me cruda manebant*
Carnificis tormenta manus. Ego criminis auctor,
Si crimen tu iure vocas. Feci: abdita, miſi,
Qui ferret: victori aditus qui panderet hoſti.
Nec feciſſe piget. vincat, quem vincere cœlum
Annuit, & Superi romana in ſceptra repoſcunt.
Ni ſeptemgeminos Labaris effulgere colles,
Aut Conſtantinos ſpectabo ad templa triumphos;
At video vltorem victricibus affore turmis,
Et iam noſtra tuo penſantem ſanguine Regem
Funera. tum ciues cineri, memoreſque ſepulchro
Conſulis inferias; meritoſque feretis honores.

A quo crimẽ in ſe conuertit.

Hic autem fidei cuſtos, atque integer æqui
Cur lacer abſciſſos ferroque & fuſtibus artus,
Vulneribus ſatiat, rabidos & morte furores?
Parcite: ego paſcam ferientem proditor iram.

Quia nõdum pater agnoſcitur.

Hæc fantem vario circum ſermone Quirites
Accipiunt, votiſque patres incerta ſequuntur.
Pars laudant, verſantque pares ſub pectore curas,
Flauius vt cæſo populis det iura Tyranno.
Commemorant alij pœnas, ac tela, faceſque
Laturum expendunt. ſtudium, famulique dolentis
Intempeſtiuos pars indignantur amores:

Dam-

Damnari tum ſponte reum, ſeruique redemptam
Non bene patritio queritur cum ſanguine vitam.
Ardet, & ore magis frendenſq. furenſq. Tyrannus
Exſurgit: tollenſque manus: *Proh Iuppiter*, inquit,
Tarpeia, qui rupe tonas, huc fulmina ceſſant?
Auerſæque faces? quin protinus icta refigis
Pectora, conceptis ſcelus expirantia flammis?
Quod ſi torquet iners, nec dum Iouis intonat ignis,
Vltor ego accedam. Diſcerpite, corpora ferro, Maxentius Conſulem damnat.
Membra minutatim lacerate, auellite membris,
Alitibuſque date, aut rabidis epulanda moloſsis.
Prodita Roma cadis, ſpectatque euerſor inultam?
Nondum fatus erat, cum ſede auulſa curuli
Torquenda inſontis raptabat corpora lictor Selius patrē agnoſcit ex voluntate moriendi, vt Selius ipſe viueret.
Conſulis. At Selius generis quem priſca latebant
Hactenus ignoti: neque ſanguine picta decoro
Stemmata purpureos ſignabant gentis honores,
Iam memorans, ſibi quæ cecinit lógæua ſacerdos,
Inuentumque putans Fabia de ſtirpe parentem;
Siſte precor, Cæſar, dixit: *ſine, Patris auentem*
Me ſuper ora mori. vitæ mihi cognitus auctor
Conſul adeſt. placita nūquam ſic morte quieſcam.
Hæc fantem riſere Patres, & murmura vulgi
Circumfuſa ſonant, mentitaque verba, fremebant,
Flexus at in ſpeciem, & mēdax pietate Tyrannus,
Siſte, iubet, *lictor: dignum ſe clara parentem*
Agnoſcat ſoboles, atauos confeſſa ſuperbos.
Tum Selius (quamquam vinclis trahit ægra ſolutis
Corpora) mirantem, & vocis, vitæque, neciſque Selius profitetur ſe filiū Conſulis.
Oblitū ſtetit ante patrem. Dein, *Maxime Conſul*
Reſpice, ait, *natum ſi forte agnoſcis, ademptum*
Quem pater à primis luges mœſtiſsimus annis. Nec Conſul credit.

Reppulit orſa tacens, vultuque immotus, & ore
Suſpenſuſque animo Conſul: creditque dolentis

Selius cauſas exponit, cur filium Cōſuſulis ſe dicat.

Decuſſam famuli violento verbere mentem.
Quid dubitas? inquit natus. *Me triſtè vagantem*
Regna per Aegypti, generiſque incerta petentem
Nomina cultus Apis, templique antiqua ſacerdos
Edocuit. Genitorem, inquit, tibi nobilis exul
Noſſe dabunt Superi, cum te iam morte natantem

Prima eſt, quia audiuerat, fore vt ſe moriturum pater vellet ſua morte liberare.

Vt pius eripiat, volet ipſe immergere vitam
Sponte ſuam: TANTVM patrij vis vrget amoris.
Infans tu pelagi violentis naufragus vndis,
Auulſuſque patris manibus, rapientibus euris,
Vix tandem lacera tenuiſti hæc littora cymba,
Vt ſolus ducibus cæſis, ignotus, & hoſpes,
Quæſituſque Italis, deploratuſque parenti

Altera, ſunt ſigna in auro & Selij pectore expreſſa.

Inter Niliacos enutrirere latrones.
Sed cape gemmifero lucentem ſydere lunam,
Quam fulua dederat genitor ſuſpendere bulla:
Pectora & infecit ſimilis tibi cornibus aſtri
Purpureus rubefacta cruor. Sic fœmina fatur:
Præbuit hæc rubræ tum gemmea cornua lunæ,
Quæ tibi nunc refero genitor: ſimilique rubore
Contemplare meo lunatum in pectore ſydus.

Viderat ante Pater, duro cum ſcinderet artus
Faſce ferus lictor nudato in pectore ſydus;
Lunareſque animo nati ſubiere cruores.
Nunc, vbi Niliacæ monitu ſibi reddita vatis
Aſtra videt, magnæque animæ, formæque decoræ,
Virtutumque memor; captiuo errantia cultu,

Cōſul è ſignis agnoſcit filiū, pro quo ſe offert ad mortem.

Ac propius deprenſa ſui veſtigia nati,
Et conſanguineos mentiſque habituſque colores
Agnouit. ſurgenſque: *O reddite*, clamat, *amico*

Sydere

Sydere nate venis, vt poſt longinqua dolentis
Exilia, & ferri manicas, ſeruique labores
Lugerem inuentum, morienſq. in morte viderem?
Sed viues. Cæſar iudex: Ego criminis auctor;
Vt pendam meritus pœnas, & vulnere ſoluam:
Immo, ait ad terram lapſus, genibuſque volutus
Amplexis Selius: *Genitor tu ſecula viues*
Non vmquam fama, aut æuo periture ſequaci.
Solus ego emoriar: genitori accepta viciſſim
Tempora, deque meis aurum vitale daturus
Menſibus. Anne vetas? crudelis tu quoque iudex,
Exutuſque patrem ſceleris contagia fingis?
Feci ego. Cæſar habes opulentũ hoc ſanguine pectus
Pœnarumque capax. iuſtos huc verte furores:
Irarum hic extingue faces: Romæque, tibique
Viuat, & in ſeros tua fœlix audiat annos
Iura ſenex ſeniore magis cum Cæſare Conſul.
Nondum fatus erat, populuſq. patreſque, ſonãti
Turbaque mixta foro veniam natoque, patrique
Voce repoſcebant, & non indebita vitæ
Gaudia. Ceu moles, Maxentius: vndique pugnant
Quam circum nimbis auſtri, ſeu grandine cauri,
Frigore & hiberno boreas, & fulmine cœlum,
Et face barbarica, ferroque armata vetuſtas.
Illa ſolo nitens, & adhuc Romana fatigans
Culmina, contẽptrix imbreſque, eurũque tonantẽ
Prouocat, atque annos immota illudit edaces.
Sic quoque nec votis, precibuſue, aut vocibus vllis
Flectitur: IRATVS neſcit parcenda Tyrannus.
Ergo furens: *Duplici damnat ſe proditor auſo*
Conſul, ait: *qui Roma trucem tibi cõparat hoſtem:*
Impulit in facinus natum, traxitque latentem

Renuente filio, & optante mori pro patre.

Populi commiſeratio erga vtrumque

Nec flectitur Maxentius.

Seruitio . minus hic iuſsis qui paret, aberrat;
Sed domini feritate feros ſe fingit ad vſus
Optio data reis à Maxētio, vt viuat occiſor alterius.
Deſertor mundi dominæ, patriæque Deorum.
Mortis vterque reus mortem ciet. acribus obſtat
Noſtra ſed imperijs placidi clementiá cordis:
Attenuatque necem, vitam partita duorum.
Viuat, in alterius telum qui miſsile pectus
Torſerit, aut certa libarit corda ſagitta.
Filius, an genitor rediuiuus morte, ſalutem
Sanguineo de fonte bibat. ſi dextera languet
Vtraque; vterque cadat: lictor molire bipennem.
Execrante crudelitatem populo.
Hæc ait. At legem populi execrata ſequuntur
Murmura. *Romano tanta inclementia Regi?*
Ac ſcelerum furialis amor? Tu viſcera patris
Scrutari, ferroque iubes irrumpere natum?
Tu nati percuſſa patrem reſcindere corda?
O monſtrum, ô ſtygiæ portenta nouiſsima noctis!
Sed Conſul; genibus deiectus membra paternis
Natus vt hærebat; complexus & ipſe tenentem,
Pater petit mortem à filio.
Ergo, inquit, *viues, genitori inuenta voluptas,*
Spes Fabiæ gentis, magnæ data gloria Romæ.
Me ſatis eſt voluiſſe iugo diſſoluere terras,
Et facti meruiſſe decus. Iam tædia vitæ,
Et famæ venturus honor, præcepſque ſenectus
Oppetere extremos iubet inter vulnera caſus.
Tu pia vota patris, mandataque Cæſaris audi:
Figere neu dubites miſſo mea pectora telo.
Id rogo; ſi renuis, iubeo. ſuprema parentis
Filius optat ſua morte vitam patri redimere.
Nondum iuſſa capis? non audis verba rogantis?
O Pater, effatur Selius: *iuſtiſſime Conſul*
Tu mandes tantum ſceleris? tu vulnere natum
Infando iubeas defigere corda parentis?

An-

Anguis ego infernis par anguibus ? ò mihi tellus
Ante ruat : Solem ante, auraſq. vndaſq. recondat.
Patris ego viuam de funere? funere noſtro
Tu potius viues ò Maxime. vita ſuperſtes
De noſtræ tibi ſit pretio, de munere vitæ.
Tum Conſul : *tardabis adhuc; præcepta parentis*
Frangis adhuc? Non tu Fabio de ſanguine cretus Indignante etiam patre.
Me dignam traxiſti animam; ſed natus aquoſis,
Portentum infœlix, Nilo eructante, cauernis,
Memphites clamore canes, pauidumque fugaſti,
Cerbereis inhians monſtris, latrator Anubim.
Cerberus ipſe mihi es; iuſtis niſi flectere votis
Incipis, aut mentem patrijs accendere dictis.
At ſaltem miſerare meos in morte dolores,
Quos auctore venis: donas morientia numquam
Gaudia, ſi melior te vitæ ad tempora fingis;
V I T A repertapatri, nato ſi vita reperto eſt.
Perſtabat lacrymans, cohibenſque ſilentia natus, Etiam vtriuſque mortem imperante Maxentio.
Iraque flagrantem magis implacata Tyrannum
Verberat. ergo iubet properari ſæua duorum
Funera. Cum Selius ſurgens: *Ego fortia tela*
Nil moror, exclamat. *Tua iuſſa faceſſere Cæſar*
Vſque adeo crudele rear? REX imperet: æquũ eſt
Quod iubet: imperiũ ciues ſine fraude ſequantur.
Iam tranſoſſa patris directum in viſcera ferrum, Filius ſimulat ſe velle patrem occidere.
Et iaculatricem mittam celebrata per artem
Spicula. Quis certa neſcit mea vulnera dextræ?
Ille quidem iaculo, calamoque inſignis, & arcu
Martia viciſſet viridi certamina campo,
Seruitio miſeros quamquam traduxerat annos.
Ille & ſtridentes tunc ſorte oblata per auras
Spicula direxit: celerique ad ſumma volatu

Nubila nitentem defixit cuſpide coruum.
Nō ſine queſtu, & indignatione populi.
Inſequitur populi clamor. tum murmura longè
Deteſtata virum; cuneiquè tribúſque ciebant.
Tune infamis, atrox patrios in Conſulis artus
Tela rotes? raptoque bibas de ſanguine vitam?
Tu mentite genus latium: tu fœta venenis
Hydra meduſæis, Libyæ prognata ſub antris
Fœcundos ſcelerum duxti e aptiua dracones,
Et Romam funeſta premis. Quin triſtia Cæſar
Huc tela, & faſces, huc totos contrahis ignes?
Barbarus occumbat, viuat ſua tempora Conſul.

Hæc cœtus paſſim ſtudijs concordibus omnes
Vociferant. ſed iam Selius torquenda gerebat
Pila manu: alternatque minas, & iuſſa Tyrannus.

Conſul pater collocatus in roſtris, vt trāſfigatur à filio.
Marmoreis medio ſtabant innixa columnis
Roſtra foro; veteres vnde ora incendere Patres
Facundæ ſoliti romano fulmine linguæ:
Eloquio & flammas iaculante ardere Quirites.
Hic antiqua ſuper miſerandus pulpita Conſul
Pectora nudatus reſidet. lacrymabile, viſu
Effudit gemitus, tenuitque ſilentia vulgus.

Selius egregius iaculator, & ſagittarius.
At Selius rapto properanda in vulnera pilo,
Verſabat nil artis egens exercita ludo
Membra ſagittifero, bellatriciſque paleſtræ
Oſtentabat opus. Veſtigia puluere figens
Tum ſtetit. vtque aditus, & qua penitiſſima cordis
Oſtia celabant animam, ſpeculatus obiret,
Pulſaretque oculis; erectis ardua plantis
Corpora ſuſpendit, retroque repente reducens
In latus obliquat, diuerſaque brachia tendit
Miſſuro telum ſimilis. Ieciſſe putabant;
Hæret adhuc, ſiſtitque manum, iactumq. moratur,

Promittitq. iterum, reuocatque, iterumq. quieſcit.
Tandem vbi cunctatum populos, auraſque ſe fellit
Miſſile; *Vitam*, inquit; *genitor tibi morte rependo.*
Tum ſua conuerſo traiecit pectora ferro; *Filius quaſi patrem fixurus ſe ipſum transfigit.*
Et cordis latebras; animæque patentia rupit
Limina; ſanguinea languens palleſcit in vnda;
Humentique iacet moriens reſupinus arena:
Spumat, & infoſſum mordet caua viſcera ferrum.
At poſtquam genitor crudi argumenta doloris
Hauſit ab exanguis defixus vulnere nati,
Me quoque nate feris, clamat: *neque funera longe*
Ferre decet: Pater ecce ſolo moriturus eodem *Dolente, & querente patre.*
Aduenio: Se ſe roſtris tum protinus altis
Præcipitat. Non ille memor, quod purpura nudi *Qui ad filiū aduolat è roſtris.*
Pectoris indecores pendet diuulſa per artus:
Turba quod inductis ſe ſe denſiſſima circum
Ordinibus glomerat; cuneos præteruolat omnes,
Obſtantumque globos: vnum petit: aſpicit vnum
Sanguine demerſum, ſuper & proſciſſa iacentis
Membra ruit. deſunt lacrymæ, quas ebibit vdo
Corde dolor: deſunt voces, quas faucibus idem
Deuorat: exanimo ſimilis, pallentiaque ora
Concolor incumbit. viuo ſuſpiria tantum
Erupere ſinu; ſed tandem libera laxat
Pectora: tum linguæ vox reddita: lingua ſolutos
Emiſitque ſonos: *At tu non munera vitæ* *Conſulis luctus de filij morte.*
Donaſti moriens, tu tecum inuenta ferebas
Nutrimenta necis: qui telo in pectus adacto
Me ſuper extinctum docuiſti occumbere natum.
His ne dolis pietas genitoris, & ira frementis
Cæſaris, & leges: ſic & iaculabile ferrum
Luditur? heu cunctos fruſtratus fortibus auſis.

Occidis, vt patris exuuijs tegerere cadentis.
Nãque ego quid mortẽ pauidus morer? obuia lictor
Colla feri, aut Cæſar prohibet ſi tela volenti,
Me me ipſe extremo damnatum vulnere figam.
Quid torpet nati lacero ſub pectore telum?
Sic fatus. medio ferrum de corde trahebat,
Cor ſibi, vitalemque domum fracturus eodem.
At ſubito impatiens alta de ſede Tyrannus,
Cædite, ait; *bonus ingratæ mala tempora vitæ*
Neſciat: optataque ferat ſolatia mortis
Quod tumulus nato ſuper occidit. Impius ore
Iuſſerat, & ſtricto caput abſtulit enſe ſatelles:
Mẽbra tegunt collapſa, rigant & ſanguine natum.
Vos etiam, fortes animæ, (promittere noſtris
Si quidquam Muſis liceat) memorabile nomen
Per ſolem geminum, per longa meabilis æui
Luſtra manet. ſuperat ni muta obliuia carmen,
Roma ferax laudum veſtros reſonabit honores.
Cœdis inexpletas poſtquam ſatiauerat iras
Rex ferus; ad pontes iterum, monimentaq. Tybris,
Et vallo obſtrictas ſe ſe referebat ad vndas.
Sperabatque furens, motis ex ordine turmis,
Ducere collectas in Flauia caſtra cohortes.
Quippe intermixtos legionibus ire tumultus
Senſerat, inſanoſque metus; & in vltima pronus
Arma, petit fractum vanis terroribus hoſtem.
Non aliter latebras, & inobſeruata ſilentes
Luſtra tenent caueis vrſique, lupique repoſtis,
Dum canibus circum latrantibus, obſidet antra
Venator, ferroque micat. quem vulnere victum
Si forte, aut ſyluis ſomno videre iacentem;
Erumpunt, denteſque acuunt, taciturnaq. portant
Funera

Super quem, & ipſe occiditur.

Maxẽtius redit in caſtra tiberina.

Sperans ſe poſſe inuadere caſtra Conſtantini propter ſeditionem.

Funera. ſic proferre caput, clauſaq. Tyrannus
Signa ferox ſtatione parat; qui conditus vmbris,
Victoremque tremens ſpectauit ab arce minãtem.
Heu miſer, ignaruſque mali. non caſtra videbis
Flauia tu perculſa dolis; Tiberimque patentem,
Auulſaſque tuo fœdabis ſanguine moles.
Namque inter fluctus, trepidoq. vndantia motu
Pectora, turmarumque metus, nondum auius iræ
Caſtrenſem abdiderat ſe Conſtantinus in anlam,
Anxius & curis vna vigilantibus æger:
Obnixoque trahens animum in contraria morſu,
Inde memor, repetenſque Itali primordia belli,
Et domitas Rheni, Rhodanique ad littora gentes:
Tum deſponſæ Crucis, cœloque inſcripta ſereno
Auxilia, & Superos toties ad ſigna micantes,
Et poſita Oenotrias victricia frena per Vrbes.
Tum concuſſa videns, curſuque auerſa ſecundo
Arma: improuiſas, euro nec agente, procellas,
Quærebat cauſas: tantiſque horroribus hoſtem
Miratur belli ſubitos glomeraſſe paratus.

Cõſtantinus rerum conuerſione permotus nondum tamẽ de diuino auxilio cogitat.

Ecce autem tacitè dubitantẽ, & multà dolẽtem
Aſtitit ante virum Superis de millibus ales;
Quem Veronenſis per miſſa incendia, portæ
Robora pandentem, ſeque intra tecta vocantem
Viderat. Ille vmbrans rutilantem caſſide frontem,
Pennigeram ſcandente iubam formauerat aſtro:
Acer, & aurata veniens bellator in haſta,
Pendula ſigna Crucis, Labarique inſigne gerebat.
Atque ait: *Ecquid adhuc torpent caligine viſus?*
Nec vano remoues concretam turbine nubem?
Debueras opibus ſuperis munitus, & armis
Præmia ſupremo non defectura labori

Quod ſolet fieri interiore afflatu, poetæ aliter, ac fere per viſa, & alloquia explicãt

Spe-

Sperare: & cœlo, vnde ſalus, conuertere vota.
At modo cur acies à tergo horreſcis inanes?
Et caſtra attonitis Terror circumuolat alis?
Nam ſigno Crucis vincendũ erat.
Fixaque nequicquam Labari vexilla quieſcunt?
Non nè vides luſus magicos, & inania montis
Corpora? non fictas Cimini per culmina gentes,
Afflantemque metus ſtygiam nõ proſpicis hydram?
Surge: pios aris operari myſtica Patres
Sacra iube: terris cum craſtina luxerit eos,
Signiferos immitte iugis. Sine, fulgeat auris
Aurea Crux: turpeſque magos, fictóſque gigantes
Pelle; dabit veros euanidus hoſtis honores.
Dixerat, effuſaque micans ſe luce recondit.
At Cæſar terræ accliuis: *Te maximè Diuum*
Queis, fatur, *ſuperem donis, quæ vota rependam?*
Si monitus, & iuſſa ſequor, tu dexter olympo
Semper ades: dubiam propior tu dirige mentem.
Chriſtianos Sacerdotes, & Antiſtites à quibus res diuinas audiebat.
Sic fatur. Patreſque iubet ſua caſtra tenentes
Acciri, Superis gratiſsima nomina Patres:
Spargentes Fidei cœleſtia munera terris.
Accurrunt, Regemque petunt, ſanctique Senatus
Clarior ante omnes, Myra qui pulſus ab Vrbe
Nicoleos alijs exul degebat in aruis.
S. Nicolaus pulſus Myra a Maximiano
Ille quidem cum iura daret, Lyciæque per oras
Antiſtes populis cœleſtia dona regendis
Funderet: ore poteris ſtygias depellere Diras:
Fonte renaſcentes reuocaret in æthera ciues;
Maximianus atrox, furiaſque vltura iacentes
Impia turba furit: miſſuſque in tecta ſatelles
Flectentem, & validis placantem ſydera votis
Raptauit ferus: externis tum carceris antris
Abdidit incluſum, nodiſque euinxit aënis.

Aſt

Aſt vbi prima canis Romani claſſica belli
Conſtantine; cauis eductum, & poſte maligno
Emiſere, METV miteſcunt pectora. ſedes
Dilectas ſed enim, dulceſque relinquere Paſtor
Iuſſus oues, Italum gentes, & Flauia Regis
Ora petit, Crucis & magnos euoluit honores.
Ergo aderat medius, tenuitque ſedilia Præſul.
Tum Cæſar: *Stetimus*, dixit, *quo limite rerum*;
Vtque inclinata pendemus in æquora puppi
Vidiſtis, mecumque Patres doluiſtis, acerbas
Extemplo vertiſſe vices. Heu qualis Orion
Torſit, & inuento lacerauit carbaſa portu.
Oblitus tamen ipſe mei, dextraque tonantis
Oblitus, non thura dedi, non ſupplice voto
Numinis irati mentemque aut fulmina flexi.
Et modo paciferis, reor, arma incinctus in aſtris
Signifer increpuit: Labarique inſigne per auras
Attollens, Crucis auxilia ſperare, Deumque
Sacris compoſitas placari iuſſit ad aras.
Nempe operis nos certa manet fiducia veſtri:
Nutantes & ſtare gradus, & fortia reddi
Pectora, victriceſque manus, gaudenſque videbo
Turbine decuſſas iterum conſurgere lauros.
Vos adeo. reuocant ni ſera cadentibus horis
Lumina, & aduerſo venturus ſydere veſper,
Ite, ſacris magnum votiſque adducite Numen.
Sic ait. at Lycius Præſul: *Quæ myſtica*, dixit,
Sacra iubes, Cæſar, non ſuccreſcentibus vmbris
Condimus, aut primo velamus ſydere noctis.
Noſtra renaſcentem repetunt altaria lucem.
Craſtina ſacrificos referent ſolemnia ritus,
Et certis aderunt tibi miſſa piamina donis.
Nam

Hæc poeticè dicta. Nam ſcribunt, edicto Conſtantini victoris S. Nicolaum miſſum è cuſtodia Myr à redijſſe. Et cõſtat veniſſe in Italiam.

In rebus aduerſis confugiendum eſt ad opem diuinam.

Precibus, & ſacris fidit Conſtãtinus.

Hæc quãuis iam audita, reperenda nondum baptizato.

Nam taurus noſtris, tener agnus & abſtinet aris :
Cæſaque ſanguineos non imbuit hoſtia cultros .
Ipſe Deus, mundique opifex, cui mœnia cœli,
Terrarumque leui digito ſuſpenditur orbis,
Aduehitur ſacris : cœtuque inducta miniſtro
Cœlicolum, colitur nullos miſſura cruores
Victima . Syderibus quantas prob diues apertis
Fundit opes ? Veniens cœlo Deus omnia ſecum
Euehit, & pacem populis, inuictaque bellis
Auxilia, & fruges terris, & proſpera ſeclis
Tempora, diuinos & cordibus addit amores .
Tu tamen (effari liceat) cœleſtibus aures
Haud penitus reſeras monitis, tardaſque petenti
Propter dilatum Baptiſmum. *Oblatos aperire ſinus, neque luminis aurum*
Induis. Occluſis velut alta luce feneſtris
Intempeſta fugant ſubiturum limina ſolem .
Nam quid adhuc ſancto committere corpora fonti,
Turpatique negas labes immergere cordis ?
Membra lauantur aquis, & aquis iniuſta piantur
Crimina. Tum purus ſcelerum, Superiſque, Deoq.
Dilectus, pauidis non euitanda videres
Hoſtibus arma ſuperfulgere : aciemque tonantem
Bellantum ignifero ſtragem deuoluere nimbo .
Nūc quoque de ſuperis tibi cœtibus arma coruſcāt.
Fulminei proceres : alijque oracula pandunt,
Et ventura monent. vt tandem obſtricta capeſſant
Muneribus tua corda ſuis . Tu flectere corda
Cepiſti, at nondum penitus pia credere cœlo .
Sed veniet ſperata dies, cum tactus acerbo
Nam Lepra infectus Cōſtantinus, & Baptiſmo ſanatus eſt. *Corpora preſſa malo perfundes flumine vitæ,*
Flumine cœleſtes lymphæ ſalientis in oras .
Tunc quoque Relligio imperium cū Cæſare ponet,
Iura-

Iuraque regnatrix populis per ſecla regendis.
Interea votis aderit Deus. Ipſe viciſsim,
Quo iubet Omnipotens, animis te immerge lauacro.
Sic ait Antiſtites: placido ſic Flauius ore.
Non ingrata mones, inquit, *Pater: aureus ex quo*
Splendor ijt cœlo, & caſi mihi fauſta Tonantis
Signa colorauit, ſola hæc me cura remordet, Pietas Conſtantini, & voluntas ſuſcipiendi Baptiſmi.
Prima Deo ſacras dare ſacramenta per vndas.
Sed certata vides quanto diſcrimine bella
Ducimus. Impoſitis aris me nomina cœlo
Quis dantem nunc aſpiceret? Pietaſque, Fideſque
Cæſaris, & mores, & ſpreta exempla ſilerent.
Tempus erit, cùm cœleſti me fonte lauantem
Crimina ſpectabunt populi: dominumque ſequuti
Romaque Romanuſque orbis, furialia templis
Marmora deijcient, venerati ſigna reponent
Numinis. Interea mihi vos, quod protinus inſtat,
Conciliate Deum, Diuoſque accerſite ſacris.
Dixerat: & Patres circum aſſenſere loquenti.
Illi adeo, quoniam nondum redeuntia Veſper
Sydera præcipitat, lapſantis tempora lucis,
Naſcentemque parãt precibus traducere noctem, Quæ dicũtur Quadraginta horarum preces.
Partiti inſomnes votis vigilantibus horas.
Quin & gemmifera quæ pixide clauſa latebat
Hoſtia: conuiuis mortalibus hoſtia celans
Immortale epulum candentis tegmine veli,
Effertur, poſitis venerata vt ſplendeat aris.
Tollitur, atque auro ſinuati cingitur aſtri Opus argento, auroq. perfectũ in quo Sanctiſsima Euchariſtia populo adorãda proponitur.
Circulus incumbens calamo; cui plurimus auri
Fulgor, & artifici iuſſu emicat. aurea latum
Spira pedem curuat, quo nititur. impare culmo
Pars teres excurrit, læuique polita metallo:

Pars

Pars & in æquali locat internodia flexu:
Arte laboratis ornatur & aſpera ſignis:
Gemmeaque eois componit lumina baccis.
Sed quà ſumma caput medium cryſtalla figurant,
Et circum poſita radiantur imagine Solis;
Eminet incluſus, niuiumque ſimillimus orbis,
Mirus inaſpectum cælans velamine Regem,
Immenſi Regem ſuperantem mœnia Mundi,
Cœlum vltra, & nullo tendentem margine fines.
Ille ingens, Deus ille, & fuſus in omnia, paruum
Auguſtale ſubit, velut albo incinctus amictu,
Celatumque anguſta implet penetralia corpus.

Splendor, & ornatus circa ſacrã Euchariſtiam.

At ſolium Regis glomerata luce coronant
Ardentes hinc inde faces. pendentia lychnis
Lumina inalbeſcunt argento: auroque coruſcant
Candelabra: ſuper ceraque, oleaque liquenti
Paſcuntur medio famulantia ſydera Soli.
Ergo vbi adoratas Regem ſtatuere per aras:
Et circum aulæis tentoria culta ſuperbis,
Atque auro veſtes micuere, oſtroque decoræ:
Viſaque Maieſtas votis iam prona ferendis;

Nam preces in horas diuiduntur.

Diuiſere preces: celatique ora Tonantis
Non intermiſſa vigiles ſtatione frequentant.
Pulſa dies aberat: certantque nitentia cœlo
Sydera ſyderibus niueam cingentibus aram:
Et Solem dominum parili comitantur honore.
Orando accelerant Patres, vitreique meatu

Presbyteri orantes cũ ſuperpelliceis integram horam conſumunt.

Carceris exhauſtæ guttis ſtillantibus vndæ
Diſcreti æquales frangunt nocturna per horas
Tẽpora. Quéque tegit crurum tenus, alba retecto
Penſilis è collo, criſpatque plicatile textum
Carbaſus. Illi humiles ante ipſa altaria pronis

Voluun-

Voluuntur genibus, Regēque Deumque vocantes
Seu manibus preſſere ſinus, ſeu pectora plangunt:
Aut implorantes erecti ad ſydera palmas
Ore dabant mixtas inter ſuſpiria voces:
Pluſque orant oculis; oculis nam rore ſilenti
Effundunt lacrymas, lacrymas ſua verba ſequūtur.
Surge, Ducem te bella, Fides te ſupplice voto Patrum oratio ante diuinam Euchariſtiam.
Noſtra vocat: conſurge Deus; tua fortior arma
Stringe, quibus gentes, percuſſaque culmina mundi
Deijcis. huc igni currus & nube tonantes
Verte: ſonat turbo vnde vorax, certa vnde rotātur
Fulmina. Vis aduerſa omnis, cadat omnis abacto
Hoſte furor. fragiles moueant in vulnera dextras,
Quos ferit enſe Deus? Pereant quicumque potētem
Oderunt, Diuûm quicūque, hominūque parentem:
Nec dum illi iuſſos aris meditantur honores.
Cereus ardentes veluti fluit humor ad ignes:
Sic pereant: colliſa velut maris vnda, reſidant.
Si pugnas tu noſtra Deus fortiſſime bella
Vicimus. ærato, non, ſi tela ignea vallo
Ingerat, aut monſtris exercitus adſit auernis,
Terrebit. vapor eſt, quem tu Sol lumine franges:
Vulnus & ūbra parat; cū Sole quis horreat ūbras? Quam potētes nos faciāt diuinum auxilium.
Sic nos Omnipotens tecum omnia poſſumus omnes:
Et conferre manus, & fundere comminus hoſtem,
Et glomerare neces, victaſque extinguere gentes.
At ſine te leuibus tenues agitamur ab auris;
Nullaque noſter habet rerum veſtigia puluis.
Flauius optantem iam prope intrauerat Vrbem:
Pœnè coactus abit; gnarus, diſcrimine paruo,
Culmine ab excelſo miſeram diſtare ruinam.
Tu, cui regna gradu ſummoque imoque poteſtas
Verte-

Vertere, vincendi extremos pater annue curſus
Da Maxenti acies, obiectaque frangere clauſtra:
Et Romam frenare iugo. Nec Marte latinos
Ire ſuper colles ſatis eſt, populumque potentem,
Ni modo regnatrix ſtygias excuſſa catenas
Vrbs ſeſe in Fidei frenos & credula vincla
Induat. elato, da, Crux Capitolia ſigno
Impleat: vnde pias gentes orbemque ſubactum
Temperet auguſto domitrix inuecta triumpho.
Sic illi orando vigilantem ducere noctem:
Excubijſque preces, ſolidas renouare per horas:
Et reſponſurum votis placare Tonantem.

Ex victoria Conſtantini propagata eſt Chriſtiana fides.

CON-

CONSTANTINI
LIBER IX.

ARGVMENTVM.

In Caſtris Conſtantinianis peracto ex Chriſtiana lege ſacrificio, habitaque à Patribus ſupplicatione, exercitus receptis viribus ad bellum accenditur. Deinde Labaro inſtar fulminis coruſcante, ſaltus Ciminij laruæ euaneſcunt. Quare Conſtantinus mouens ad Vrbem obuias Maxentij legiones fugat, & in caſtra compellit. Interim Criſpus ſoluta claſſe vt Oſtia Tiberina intercluderet; tempeſtate iactatus ad Baianum littus appellit.

IAmque propinquabat dubios aurora per ortus.
Tendebantque moras, & matutina canebant.
Aſtra repertorem lucis: ſoliſque parentem
Laudabant ſine ſole Deum: cùm nocte cadenti
Conuenere Patres, medioque altaria campo — Apparatus ad Miſſæ ſacrificium.
Imponunt, modicè in tumulum quà terra tumebat.
Lina ſuper candent niueo lactentia filo: — Ornatus altaris.

O Splen-

Splendida frons, ſplendet ſed ſtamine textilis auri;
Gemmea Crux medio: fuluoque hinc inde metallo
Candelabra tenent ſpondas: accenſa coruſcant,
Senaque maternæ malè parcunt lumina ceræ:
Et pinguem geminus depaſcit lychnus oliuam.
Iamque aderat Lycius ſacris, cui tēpora, Præſul,
Aurea ſurgentis velabant tegmina mitræ.
Ipſe autem vultu irradians habituque coactis
Par Superis fertur; ſeu carbaſa criſpa niualis:
Siue renidentem tergoque & pectore veſtem
Aureus: & ſpirans perque ora, & viſcera Numen.
Longe at diſpoſitis vexilla micantia turmis
Cernere erat, ſtructaſque acies, quas æquore campi
Pennigeri ſpectanda duces in ſacra locabant.
Namque animo reputans contagia ſoluere Cæſar
Cordibus, infuſoſque metus; accurrere totos
Mandarat cuneos, circumque aſtare cohortes.
Ipſe inter denſas, Labaris gemmantibus, haſtas
Longæuoſque patres, florenti in gramine ſupplex
Submiſſus genibus, numen tacito ore vocabat.
Iam pius ante aram purgamina prima Sacerdos
Cordis, & arcani dederat prænuncia ſacri
Carmina, ſolemneſque preces; oracula vatum
Priſcorumque legens, poſtrema volumine fauſto
Facta refert, magnique æuum mortale Tonantis.
Obtulerat patulo ſecretior azimon auro,
Et vini laticem, calyciſque liquentia dona;
Crux & ab extenta ſacrauit ſingula dextra.
Vos at inaceſsi penetralia pandite cœli
O' ſuperi, penitoſque ſinus: vbi neſcia ſolis
Aula magis fulget: flexaque ſub Iride lucis
Immortale premit ſolium Deus. vnde loquentis
Sacri-

Sacerdotis lineæ veſtes, & quæ planeta dicitur.

Introitus Miſſæ.

Epiſtola.

Euangelium.

Impoſita Patenæ offertur Hoſtia.

Et Vinum in Calice, & benedicuntur.

Sacrificos audit per myſtica verba vocatus: Hoſtiæ conſecratio.
Iuſſus & à ſummis deſcendere protinus aſtris
Tendit iter. Sed enim famuli properantibus alis
Quot magno proceres ſua per conclauia Regi
Mille miniſteria impendunt: dominumque tribunal
Circumſtant, reuolantque leues, proniq. coronãt;
Ante, viam celerant, vacuoque in Flauia cœlo
Se denſi caſtra agglomerant. Subit ecce volantum
Terga ſuper pennaſque eurorum, & flamina currus
Spirantis Deus inuehitur. Procumbere certant
Ad terram Superi, gaudentque altaribus altis
Spectare inuiſum, lumenque è lumine potant.
Illum autem, quamquam radijs, totaque latentem
Maieſtate, tremens tellus, nutanſque recuſſo
Cardine, & artificem ſenſere elementa potentem. Vis Dæmonis victa diuino ſacrificio.
Tum ſtygijs quæcumque aderant infeſta venenis
Monſtra fugam celerant. Latij pars nota Tyranni
Caſtra petũt, quatiuntq. animos, & corda flagellãt.
Pars iniere Vrbem, ſepteni & culmine montis
Stridorem pennis, rabidoſque è molibus altis
Intendere ſonos, terrentque exterrita ciues.
Flauius at miles, pulſis velut æquora cauris
Strata ſilent; quamquam neſcit fugientia longè
Monſtra queri; depreſſa leuat terroribus atris
Pectora; deſuetos & proiecere pauores
Illa magis, ſanctas quo proceſſere per aras
Sacra magis. Stabat, lacrymaſq. preceſq. Sacerdos,
Votaque congeminat. ſed viſcera id ima calẽtem
Solis ina ſpecti renouant incendia flammam.
Rurſus & afflatis incenditur ignibus ignis. Sacerdos accepta Euchariſtia amore erga Deum incenditur.
Aſt vbi perfectis ſolemnibus, hauſerat ore
Sacramentum ingens, & proluit humor amantem

Deſuſi calycis; maiore incenſus ab æſtu,
Nec par diuinis ardoribus: O, *mea*, dixit,
Lux, animæque vigor, ſperataque corde voluptas,
Eius intimi affectus, ac preces. *Numine cũcta implens magno Deus intimus hoſpes*
Vt te anguſta locas ſub pectora? pectora tantum
Nec caperent, niſi tu donis laxata teneres,
Impleresque magis. Sator at ſupreme bonorum,
Non te vni donaſſe decet. tu dona per omnes
Largitor diffunde manus. Quid numina poſcit
Flauius illacrymans votis? quæ munera cœlo
Expectant acies? facili da vincere pugna,
Quos bello viciſſe iubes. quibus aurea pandis
Victricis vexilla Crucis. Si Tartarus hoſtes,
Et rabiem contra furialibus euomit antris;
Qui præſertim diuina ſacramenta pertimeſcit. *At violaſſe tuos, ac tela infeſta Tonanti*
Iactabit torſiſſe ferus? prædonis auerni
Frange minas, euerte dolos, extingue furores.
Igne immerſus atrox, candentibus ille catenis
Obſtrictus pugnare Deo, tua ludere ſigna
Audeat? aut quiſquam componere prælia contra
Mortalis? cœlo ductas immitte phalanges,
Sterne imbelle genus: fideique ſacriſque patentem
Subde Vrbem; totus dein ſacra tuebitur Orbis.
Hæc Pater accenſo tacitus ſermone volutat,
Aſſumpto fruiturque Deo: dulceſque ſilenti
Haurit corde ignes, ignes augetque loquenti.
Nec minus & Cæſar, cui iam diuina ferebat
Iura Fides, primæ pertæſus crimina vitæ,
Ante Deum pronus lacrymoſis lauerat vndis:
Atque opibus cœlo firmauerat arma vocatis.
Et maculas ſcelerum quicumque in flumine ſacro
Abluerant, templiſque Iouem execrantur iniquis.
Ergo

Ergo vbi iam Numen ſolemnibus ara peractis
Placarat; celerant Patres, & Flauia ſanctis
Caſtra parant luſtrare choris, cantuque ſonoras
Circumeunte vias, ſtantes ad ſigna cohortes,
Guttataſque acies rorato aſpergere fonte.

Sacrificio peracto inſtituitur ſupplicatio.

Prima adeo Labari, liquidas vexilla per auras
Effulgent: haſtile ſuo micat eminus auro:
Cruxque laceſſitum confundit lumine ſolem,
Et vela intextis ardent oloſerica gemmis.

Crux in Labaro pręfertur.

Tum votis intenta cohors; cui lina nigrantes
Alba ſuper tunicas tergoque ſinuque fluebant:
Et ſuram extremo lambunt criſpantia limbo:
Tollit dextra facem, quam cereus educat humor:
Inceduntque pares: paribus modulata viciſſim
Alternant numeris, & carmina voce reuoluunt;
Certa quibus cecinit Rex quōdam oracula Vates,
Iuſſaque idumæos docuit reſonare nepotes.

Presbyteri cũ ſuperpelliceis, & facibus,

Pſalmos Dauidis alternatim canũt,

At ſacri pater Antiſtes, qui margine pompæ
Vltimus albentes claudebat in agmine Patres,
Induerat pendentem humeris, textoque rubentem
Stamine ſericeo veſtem, claramque metallis
Sutilibus. curuas it circumflexa per oras,
Aureaque extremos admordet fimbria talos.

Antiſtes cum veſte cui Pluuiali nomen eſt.

Atque aperit ſubter geminum ſe candidus oſtrum
Carbaſus. ipſe manu lymphis tumefacta Sacerdos
Aſpergilla mouet, iungitque piantia verba:
Ductoreſque ſuper, demiſſaque Cæſaris ora
Præteriens ſpargit, conferti ac militis arma
Roſcida, luſtrales irrorat dextra liquores.
At ſimul aſperſus cordi vigor. Irrigat audax
Vis animos roburque viros inſueta minantes
Et duris labor, & letho imperterrita virtus.

Aqua benedicta duces, & milites aſpergit.

Vt iacet informis macie, & palloribus atris,
Perdomuit quem longa fames, ac viribus ægris
Obluctãtem animam, & dubios vix ſuſtinet artus.
Aſt vbi compoſitæ libauit fercula menſæ,
Humidus infuſique bibit generoſa falerni
Pocula; iam viuos referens in fronte colores
Erigitur, tollitque animos & corpora verſat,
Emicat & volucri ſpatioſa per atria ſaltu.

Pulſis furijs leuati terrore animi fuerant in ſacrificio: recreati nunc in hoſtem, & pugnam accenduntur.

Non ſecus erectas acies, quas frigidus horror
Languentes poſitis formidine perculit armis,
Attactu recreat, ſanctique potentia roris
In fortes operum moles, atque auſa timendi
Martis agit, reuocatque manus in bella volentes.
Iamque fremunt ſtricto meditantes prælia ferro:
Et petiere alacres, pugnamque odere morantem.

Conſtantinus mouet aduerſus Maxentiũ

Cæſar vt extinctos ſenſit cecidiſſe pauores,
Et cœlo afflatos animis ardentibus ignes,
Vota Deo primum, atque humili de pectore grates
Soluit: iter motis dein læta per agmina caſtris
Imperat, affaturque viros: *Mea ſigna trementem*
Romã hodie, & clauſos properantẽ pandere muros
Spectabo: ite omnes: veſtrorum meta laborum
Vrbs erit, inuictæ domitus qua vincitur Orbis.
Tanta venit numquam peritura gloria palmæ.
Arte potens magica, ſed frigidus enſe Tyrannus
Certauit: veriſque ſacris, cultoque per aras
Numine tænareos cum Dite reuellimus angues.
Quod ſupereſt, conferre manus vix audeat hoſtis;
Sed veſtrum caſura tremit velut hoſtia ferrum.
Sic ait, effracto dimiſit & agmina vallo.
Erupere. viamque vorant, Vrbique propinquant.
Anxius at Cæſar, Cimini quod caſtra per altos
Viſa

Viſa procul montes à tergo effundere bellum,
Ire iubet lectos iuga per diuerſa maniplos,
Et Labari præferre Crucem: ceu nuncius Ales
Iuſſerat. Ipſe manu portat vexilla Sacerdos,
Signiferique vacant, & habent iuſſa otia laudem.

Videbantur enim eſſe caſtra magnarum copiarũ in ijs montibus.

Ecce autem ſcopulis cum proxima raderet arua
Miles, & obiecto ſpectaret culmina dorſo,
Mille iugo turmæ fumóſque ignemque vomentes
Præcipitare gradum, contraque incumbere cliuo.
Horruit auerſus, campique per æquora curſum
Siſtit eques, pauiduſque ſilet. ſed ſigna Sacerdos
Attollens: *Quis corde ſedet? quiſue obſidet*, inquit,
Ora pauor? Crux nondum, & inexpugnabile cũctos
Tutatur Labarum? Tantis ego ſolus inermis
Congrediar, vos verſa fugæ committite terga.
Hæc dicens immiſit equum: Tum voce precatus
Arma, inquit, *molire Deus. tu fortis in hoſtes*
Vltor ades: nebulis ſimiles, quas ſpicula lucis
Dilacerant, diſperge: iube euaneſcere ventos
In medios, Erebi patrijs aut redde cauernis.
Hæc ait. & ſonipes laxis properabat habenis
Ac ſtimulis vrgebat iter. Decliuis in æquos
Flammiferis campos veniens exercitus haſtis
Intentat prope terrificos iam cuſpidis ictus.
Vertice cum Labari quà Crux ſublimè coruſcat
Emicuere faces, accenſaque fulgura lucis
Miſſilibus ſonuere globis; tum lapſa per auras
Montanas hinc inde petunt ceu fulmina gentes.

Ad fugandos milites Conſtantini viſæ ſunt è iugo deſcendere.

Sacerdotis ferentis Labarum conſtantia.

Labari, ſeu Crucis potentia.

Cæca, ſed inuectis depulſa nocte lucernis
Antra velut ſplendent, capiuntq. & lumina reddũt,
Decuſſæque cadunt ſpatijs lucentibus vmbræ.
Clauſa velut claudit tenebras, tenebraſq. viciſſim

Clara fugat ſubito patefactis aula feneſtris.
Non ſecus ardentes Labaro torquente ſagittas
Et lucis iaculis acies vaneſcere campo
Incipiunt: iterumque micant, iterumque volātis
Luminis excurrunt, ſparſimque emiſſa rotantur
Spicula. Diſpereunt, ſtriduntque cadentia paſſim
Agmina. Nulla ſolo veſtigia: nulla relinquunt
Montaniſue iugis, cœliue liquentibus aruis.
Sic adeo vis ficta dolis manifeſta ſepultis,
Atque viros, magico fabricataque murmure tela
Lux rapit, ac leuibus ſublata recondidit auris.
Ipſa iugi facies & inani pondere tellus
Libera feſtiuo teſtari gaudia motu
Certat, & alliſis victorem plaudere ſaxis.
Numinis at præſentis opem miratus, & hoſtem
Flauius ereptum miles, Labarique tonantis
Fulmineas luxiſſe faces; ſe peruia retro
Arua remenſus agit, ſocioſque ducemque reuiſit.
Tantarum ſtupuere acies miracula rerum:
Cæſar & auxilio fidens Crucis, imperat ardens
Lumina deuexi per deſcendentia ſolis
Pugnaces conferre manus, atque auſa Tyranni
Frangere. Namque ratus ceu ſydere tacta maligno
Feruere adhuc ſæuos per Flauia caſtra tumultus,
Iuſſerat inſtructas Maxentius ire cateruas,
Et ſubita obſeſſo committere prælia vallo.
Pars adeo miſſa aggeribus campeſtria latè
Implebat; medijs cùm aruis Aurelia pubes
Obſtitit, & Labari Crux formidata reluxit:
Ductor equo reuolans Ablauius incitat arma.
Ergo pares ferro, curſuque animiſque cohortes
Incurrunt rapidæ. Non æra, ſonorque tubarum,

Laruæ, & ficus exercitus euaneſcit

Conſtantini copiæ, è timore recreatæ mirātur vim Crucis.

Maxentius præmiſerat oppugnaturos caſtra Conſtantini.

Quibus occurrunt Cōſtantiniani, & inuadunt.

At

At ſubita accendunt gladiorum fulgura Martem.
Obtulit aduerſam primo certamine frontem
Infœlix legio, Syriæ quæ pinguia culta,
Deſertique memor latices referebat Orontis.
Namque per Auroræ populos ſubiecerat armis
Vulgus iners, molleſq. manus, gentemq. fugacem,
Aſſuetam pictas calamis animare pharetras,
Et gladijs faciles offerre micantibus artus.
Iam pubes tolerare niues, & docta rigentum
Inſultare gelu fluuiorum, & ludere cauros:
Nec ſuperanda malo, nec vulnere victa cadentes
Irruit. Incaluit transfoſſa per ilia ferrum,
Immiſſum toties, quoties petit. Inde pauores
Incerti oppoſito vix tela vmbone repellunt:
Hinc fortes animæ, roburque, & Flauia virtus.
Nec vario tenuere diu diſcrimina campo,
Aut ſtetit aduerſa rabies Maxentia pugna.
Pars audax cæſi: verſi pars terga per agros
Non inferre pedem, non auſi offerre periclo
Corpora, ſe clauſtris reddunt, monumentaq. rurſus
Fida petunt. miſeros primæ iam vela tegebant
Noctis, & obiectas aduexerat Heſperus vmbras.
Ipſe ſuos reuocans tiberina in caſtra Tyrannus
Non expectatas miratur ab hoſte ruinas:
Cautior arma tamen magis implacata recondit.
Nec minus & Cęſar, poſtquã monimenta cohor-
Victrices ſtruxere, iubet defeſſa paratis (tes
Corpora firmari dapibus: tum ſtramine molli
Ducere per noctem ſomnos reſoluta ſilentes.
Ipſe maniplares circum tentoria turmas
Viſere cœnantes, ſaturiſque infundere laudem,
Et fauſtæ memorans præconia nectere pugnæ.
Viſere

Orientales populi habiti molliores.

Legiones Romanæ quæ Septemtrionalem plagam tuebantur fortiores habitæ.

Maxentiani repulſi in caſtra ſe recipiunt.

Vigilantia Conſtantini, & militum cura.

Viſere tum vigil excubias, tarduſque ſubire
Limina: nec vultus, ſomnoque remittere curas.
Sollicitus eſt Conſtātinus de obſeſſo Dalmatio. Tantum adſtant Peruſina viro, pulſantq. dolentem
Obſidia, & ſocios miſerantem in clade natantes.
Sed fruſtra queritur: fruſtra auxiliaribus armis
Secum tendit iter, montanaque clauſtra reuellit,
Deturbatq. animis hoſtem, quem Criſpus hetruſcis
Qui à Criſpo liberatus eſt. Mœnibus, ac fluuio, totiſque remouerat Vmbris.
Namq. ille, Auguſti poſtquam præcepta parentis
Vrgebant Ligurum pelago deducere claſſem;
Cenomanûm ſedes, atque oppida pinguibus aruis
Criſpus iter habet Genuā verſus. Præcipiti ſuperauit equo. comitatus euntem
Porſenus inuehitur iuxta. Iamque alta videbant
Faucibus anguſtis numeroſæ culmina rupis,
Et nemorum frondoſa comis, atque aſpera dorſo
Non interruptos miſcere cacumina montes;
Lacus Benacus, nūc Gardæ. Quà male Benacus refluentibus accubat vndis,
Atque introgreſſos ingenti murmure ventos
Excipit, elatis ſpirans immane procellis.
Hinc fremebundus aquas reſonanti verberat euro:
Hinc mota inſertis abſcindit nubila ſaxis.
At iuuenem non fama lacus, piſcoſaue tardant
Æquora. non muti pecoris gratiſſima menſis
Fercula. Quadrupedem ſtimulis, curſuque fatigat:
Nec requies in nocte datur. iam proxima cernit
Mœnia, vbi pleno fortes alit vbere ciues
Vrbs Brixia. Brixia, & effoſſo Martem generoſa metallo,
Seque laboratis, at ſplendida, miſcet in armis.
Inde per Inſubrum, riuis mordentibus, agros
Olius Fluuius. Eridano placitas Olij tranſmiſerat vndas:
Abdua fluuius. Abdua & inde tuas: campoſque emenſus apertos,
Mediolanū. Vrbem intrat gētis dominam ſceptroq. ſuperbam,
Et

Et Mediolani tectis iam feſſa reponit
Corpora: tum caros penetralia ad intima cœtus
Viſit, & auguſtas per tecta latentia matres.
Namque illic, poſtquam victricibus aſtitit armis
Et bello domitam ſe Flauius intulit Vrbem;
Fœmineas habitare manus; Helenamq. parentem
Iuſſit; & auriferas Fauſtæ per coniugis ædes
Seruitio famulas tercentum aſtare diurno.
Sedulus officijs Auiæ, dominæque Nouercæ
Criſpus adeſt, clauſaque ambas veneratur in aula.
Gaudia purpureus iuuenis comitata ferebat;
Matribus at gemitum, lacrimaſq. excuſsit obortas:
Vtraque deflerunt inopinos fœmina viſus.
Nam tum romanæ depicta volumina telæ
Vna euoluebant, oculiſque, animiſque legentes
Nondum intellecti miſſa argumenta doloris.
Queis modò ſidonium Lucina intexuit oſtrum;
Filaque inaurato ſociauerat vltima limbo.
Vna fuit latijs nuribus, fuit vna puellis
Fœmineas celebrata inter Lucina cohortes:
Quam genus, & proaui multa ſub imagine Patres,
Sed magis alma Fides ornat: mentemque decoram,
Candidaque illabens colluſtrat pectora Virtus.
Hæc adeo, poſtquam Alpinæ de rupibus arcis
Intonuit fines Italos, mouitque ruina
Flauius; imperij iam tum præſaga futuri,
Explendique olim iuuenili in cæde furoris;
Miſerat è Latio duplicis radiantia veli
Stamina, & inſerto ſimulacra induxerat auro.
Altera texta, patens Helene: tulit altera, coniux
Fauſta; nec oblatis auertunt lumina donis.
Spectabas Auguſta ſenex (neque purpura fallit

Conſtātinus Mediolani Helenam matrem, & Fauſtam vxorem relinquit.

S. Lucina Romana, quæ floruit S. Marcello Pontifice. de ea Baron. in Martyr. 30. Iunij.

Duplex velū acu pictum S. Lucina mittet ad Helenam, & Fauſtam.

Præ-

Triumphus Conſtantini.

Præſcia (laurigero inuectum Capitolia curru,
Et populis natum ponentem iura ſubactis.
Ille vbi cœleſtem maculoſo corpore fontem

Baptiſmus & extructa templa.

Intrauit, terſitque animos ac peſtibus artus,
Structa palatinas fundabat templa per arces:
Aſtabatque implens votis noua limina mater.
Nec procul hinc pelagi fluctus mentita iacentes
Fila, quieturos ſimulant ſine murmure portus.
Soluebatque ratis Tiberino in littore funem.

Profectio S. Helenæ in Palæſtinam, ad Crucem inueniẽdam.

Spectabat ſe ſe placidis dare carbaſa ventis,
Miraturque Helene, ſiculæ trans Doridis vndas,
Ionij trans alta maris, Cretenſia ſaxa
Radere, & Ægæi ſcopulos, & Cypria Regna:
Iamque Palæſtinæ confinia tangere terræ.
Hinc, & relliquias Solymæ, clarique Sionis
Mœnia, diſiectaſque ſuis in collibus arces,
Seque videt magnas verſantem pectore curas.

Hieroſolymã ſub Adriano extructam diruta iam veteri.

Quippe nouam paruis intrare penatibus Vrbem,
Et luſtrare locos: ingentis & aggere montis,
Cliuoſoque iugo, & ſtructa ſub mole iacentis
Robora veſtigare Crucis. Scitatur Idumen
Anxia, collectoſque Patres. Ceu ſaxea duræ
Ceruicis pars ora tenent, famamque loquentem
Celauere: metu pars victa ſilentia rupit,
Signauitque ſolum, defoſſaque ligna retexit.

Statua Veneris à Gentilibus in Crucis loco poſita.

Ipſa videbatur Regina in vellere texto,
Vultu iracundos agitare accenſa dolores,
Fœda quod impoſitæ Veneris ſimulacra per aras
Spectat, & Idalio gaudentem marmore Ditem;
At ſcidit impacto centena in fragmina ferro.
Aſpicit effoſſas eadem Regina cauernas
Heu mœrens, oculiſque ſinus rimatur hiantes;

Nec dum aperit vexilla ſuæ cœleſtia vitæ;
Filaque dant lacrymas, gemitus imitata latentes.
Iam meliora videt reuolutæ ſtamina telæ
Et fortunatis illuſa coloribus ora.
Stabat, & inuento circumdat brachia ligno,
Lætior haud vnquam votis Auguſta ſolutis.
Quæque ſuos picta ſpectabat imagine vultus,
Effigies dat verba, inquit: *ſed verba ſilendo*
Lingua premit, formatq. eadem, funditq. precando.
O ego ter fœlix, lignum venerabile cœlo
Si terris aperire datur, tenebriſque ſepultum,
Infauſtoque iugo celebrantem efferre per Orbem,
Ponentem delubra, ſacris & honoribus aras.
Tuque prior colle Eſquilio, Romanaque propter
Mœnia marmaricis templum ſublime columnis
Conſtantine locas. talem te fila colorant,
Sedibus arcanis titulos, Clauumque trabalem,
Sectaque adorati claudentem robora Regis.
Salue ô cœleſtis Crux regia filia ſyluæ,
Ambit diuini quàm purpura prima cruoris;
Et diadema decet rubicundis nobile gemmis.
Tu ſolium ſola es morituri inſigne Tonantis:
Surgentiſque arbor fortunatiſſima vitæ,
Vnde perit coluber, primis malus hoſpes in hortis.
Tu data lux hominum terris, tu ſemita Solis,
Quam tenet elatus: cœlo, tu pulchrior aſtris
Pandis iter; iam pande meas in carmina vires,
Ornarique tuos memori da laude triumphos.
Dixit. & aurato vela explicat vltima limbo:
Emouitque oculos; oculis nam Fauſta legebat
Admirans opus alterius, ſua munera, telæ.
Principio galea, & ſquamis fulgebat aënis

Inuentio S. Crucis cum gaudio S Helenæ.

Templum S. Crucis Romæ in fine Eſquiliarum, vbi Clauus Chriſti Domini, & pars Crucis.

Crucis gloria, & maieſtas.

Tela Fauſtæ oblata.

Roma ſpecie bellatricis oc currit triumphanti.

Ardua bellatrix, & maieſtate feroces
Interfuſa rubens accendit purpura vultus.
Ipſa ingens teretem dum læua incumbit in haſtam,
Iuſſa dabat dextra; lætis ſed iuſſa maniplis
Laurigeræ accipiunt acies, campoque virenti
Arma virum, & longe Labari vexilla coruſcant:
Structaque diſpoſitæ ſubeunt ad mœnia turmæ.
Vix adeo aſpexit, vocem cum Fauſta reſoluit.
Non hic Roma tuos habitus, non lumina textrix,
Aut dominatricem mentitur ſtamine dextram.
Tu patrias offers venientibus obuia ſedes.

Triumphus Criſpi de Germanis.

Sunt hæ barbarico reduces ex Orbe phalanges:
Et captiua trahunt innexi vincula Reges.
Ille autem quis nam lauro ſe cingit, & oſtro,
Ire coronatos gaudens ad frena iugales?
Quantum Solis habent vultus, & pectora Martis?

Et agnoſcitur à matribus Auguſtis

Nonne vides, Helena excepit, *quo vertice noſter*
Criſpus adeſt, iuuenemque ſimillima ludit imago?
Pictus arachnæo, ſpirans an vellere Conſul
Textilibus portatur equis, veloque triumphat?
Roma dedit tanto numquam ſpectacula plauſu.
O mihi ſi liceat proferre ſenilibus annis
Tempora; magne Nepos vt te cum flore iuuentæ
Debellatricem videam componere laurum:

Per ſacram viam ducebâtur triumphi.

Atque Arcton Sacro domitam deducere cliuo.
Sed mihi ſat Superi tribuent, quod ſydere primo
Conſtantine tuas genitrix ſpectata coronas
Aſpiciam, & ductos Mundi per gaudia currus.
Tu Conſtantinos coniux Auguſta triumphos,
Imperioque Regi dominam cum videris Vrbem,
Quadrÿugos currus iterum, laurumque videbis
Ad Criſpi frondere comas. Tu vellera fuco

For-

Forſitan aſsyrio violabis, & arte magiſtra
Purpuream iuueni tunicam, trabeæque micantis
Aurea gemmifero iunges velamina textu:
Ornatuque ſuos victor cumulabit honores.
Dixerat. arridenſque, oculis iam Fauſta ſerenis
Parte alia luſtrabat opus: tremefactaque viſu
Senſit acerba ſuos contexere fila dolores. Cura, & ſollicitudines Fauſtæ amantis Criſpum.
Nam picturatæ ſimulata palatia telæ,
Et celſi Romana videt cœnacula tecti.
Ipſaque ſecretis penetralibus abdita curas
Mordet, & infixo gemitum ceu ſaucia telo
Expirans; mox aut iras, aut illa furores
Paſcit vociferans; latuitque in ſtamine clamor.
Seruitio accurrunt famulæ, releuantque dolentem.
Illa oblita, amens, vnam ſe ſe odit amantem:
Tela odijs alget: calido tela ardet amori.
Tum verò ingemuit: *Nec me Lucina coloras,*
Fauſta refert; *qualem Romani è culmine mundi*
Mortales immota videt Regina procellas.
Talis ego? & quondam luctuſque, atroſque dolores
Immoritura ſuper? ſic me ſperare iubebas
O' Helene, Pietaſque viri? Cui regia mater:
Deſine, ait: *nam cauſa mali contexitur. ædes*
Et Libitina quatit, mediamq. irrumpit in aulam. Mors Criſpi, & funus.
Iamque per attonitam ducuntur triſtia Romam
Funera, & extinctæ lacrymas dant vellera vitæ:
Aſpice, quot luxere faces? procerumque ducumque
Quot campo coiere manus? audire ſupremos
Iam videor luctus, & lamentabile carmen.
Sed qui terga ſuper vehitur, mollique feretro Primò non cognitì.
Heu pallens, haud nota ſatis mihi lumina condit.
Non habitus, gelidoſque datur cognoſcere vultus
Huic

Huic certe iuuenile decus, florenſque genarum
Nec dum tonſus honor: fronti non candor eburna
Non malis, deerat roſeis non purpura labris:
Et pudor, & virtus fortes ſibi vendicat artus.
Heu quantùm rapiens iuuenem viridātibus annis
Maturo nondum cineri mors inuida condet.
Nam quid inhorreſcis? concuſſo pectore pulſat
Quid mea corda pauor? totos tremor impulit artus.
Agnoſco: dubiamque monent præſagia mentem;
Criſpus agnoſcitur, lugeturque ab Helena. *Hic mihi Criſpus erit. video palloribus atris*
Diſſimiles quamquam vultus, parilemq. iuuentam,
Et deformato certantem corpore cultum.
Heu periture nepos: heu natum lumine prono
Sydus in occaſum, fugitiuaque gaudia Romæ.
Fruſtra humeris ſpolia ampla gerēs, victoſq. Triones
Stamineus præcedit eques. ſunt iſta querelis
Nutrimenta nouis. Quantum ſperare licebat,
Tecum Criſpe cadet; numeroſi laurea belli,
Gloriaque areſcens tenui condetur in vrna;
Scripta eſt enim Criſpus Tragœdia. *Vt noua Romanis quondam ſit ſcena tragœdis.*
At meliora precor, Superique, Deuſque ſecundet.
Sic effata gemit, vultum lacrimæque tepentes
Irrorant. Fauſtæ quoque lumina perluit humor
Crispi inopinatus aduentus. Lenitur que humore dolor. Cùm limine portæ
Apparet ſubito, & Criſpus conclauibus altis
Emicat. Addiderant iuueni curſuſque, laborque
Decor, & ſpecies eiuſdem. Accenſos ſudore genis & fronte rubores,
Ardenteſque oculos, bellatoremque decebat
Cæſaries incompta; ſed orbibus implicat orbes
Illa magis, geminamque leuans per tēpora nubem
Vmbrat colla, ſuo flauenſque illuminat auro.
Attonitæ ſimilis ſtetit vtraque: neſcia fandi

Et

Et lacrymas oculis, animis memorabile textum
Excutit, ac læto vix credit fœmina viſu.
Ille autem geminas veneratur, & incipit ore. Criſpi oratio ad Auguſtas.
Veni, ait, *Auguſtæ matres, vt debita ſoluam*
Gaudià, victorem vos mecum agnoſcite Regem,
Tu natum, tu Fauſta virum. Maxentia pubes
Cæſa iacet: domitis Italùm terroribus ingens
Conſtantinus iter romanam tendit ad Vrbem:
Martia venturis aperitur Roma triumphis.
Dum pelago mihi bella tument. regna aſpera ventis
Ingredior. Pontum ratibus. Tiberimq. domandum
Vallabo æquoreæ turrito robore ſyluæ,
Et forti obſtructos irrumpam milite portus,
Ibitis, amplexæ victricia Cæſaris ora,
Vos Vrbem ad dominam, terraq. mariq. patentem.
Dixerat. atque alacres tenuere ſilentia matres:
Lætitia obloquitur cordi, vocemque coërcet.
Tandem Helena: *O dilecte nepos, magniq. parentis,* Helenæ oratio ad Criſpū
Inſignes bello quondam æquature coronas,
Expectata refers (mentes quamquam angit amãtes
Cura minax) aduerſa meus nam condere bella
Flàuius ignorat, quem cœlo allapſa tuentur
Arma, Crucemq. ſuos infert, ceu fulmen, in hoſtes.
Euicit, vincetque Deus, cui Flauia curæ
Prælia, & inſcripto Labari ſacra nomina ſigno.
Nos haud immemori referemus pectore grates.
Noctis in interitu ſed tu quid, nuncia Solis
Stella velut, primos aperis Oriente nitores,
Sed longe à patrio fugiens petis æquora Sole?
Perge tamen quò te genitor, quòque ipſa canoris
Mouit Fama tubis. palmas per vaſta legentem
Cærula nos ſequimur votis: ſpectabimus vndis

Pôſt reducem victis, roſtrataq. ſerta gerentem.
Vix ea. cum iuuenis, *Capio mihi proſpera*, dixit,
Crispus refert victorias patris. *Omina*. Tum Fauſtæ alloquio, reſponſa rogantis
Coniuge multa ſuper, nocturni Flauia belli
Geſta refert. Vt ſigna canens in nocte profunda
Impauidus medijs Aurelius arſerit armis,
Milite flammifero tutus, ſuperiſque cateruis.
Mœnia cœleſti ceu Veronenſia telo
Ruperit, atque omnes Italûm tremefecerit Vrbes,
Impleræt bibulas longis ſermonibus aures,
Incolumique magis gaudet pro coniuge coniux,
Cum iuuenis diuerſa petens iam veſpere nigro
Accumbit dapibus, perfuſaque corpora ſomno,
Inque reuerſuros reficit languentia curſus.
Et iam lucifero properant inducere circo
Mane recurrentes ſpatijs accliuibus axes
Auroram extinctæ ludentem in funere noctis,
Aſt vbi Sol pleno turgentem flumine lucis
Compulit ire diem; nihil auſa iugalibus Eos
Seque, & aberrantes immergit lumine currus.
Tũ quoque Criſpus iter renouat, ſtimulãſq. citatos
Matutinus equos Inſubribus euolat aruis.
Ticinus è Verbano lacu fluens. Merſa tuo Verbane lacu, mox rapta trahentem
Flumina, nec fruſtra pellucida vincere puris
Certantem cryſtalla vadis, & ſaxa rotantem
Ticinum fluuium & Vrbem. Ticinum, & populi ſuperat cognominis Vrbem.
Inde ſubalpinis vndarum molibus amnes
Voluentẽ Eridanum, terriſque, fretiſque minãtem,
De hac Paterc. lib. 1. Ac celeri fœcunda fugit campeſtria curſu.
Teque propinqua iugo, colleſque oblita priores
De Dertona ambigitur, an ſcilicet colonia facta ſit Condita Romanis olim Dertona colonis
Præterit: & gratos Cereri, dulceſque lyeo

Trans

Trans campos, Ligurum ſaltus, montanaq. clauſtra
Intrat, littoreæ præceps illapſus arenæ,
Quà Genua vndoſis dominatrix accubat oris.

Genua Vrbs de qua per anticipationem temporum,

Vrbs venerata mari, quæ frena liguſtica longe
Fluctibus imponis: ſe ſeque ad littora curuas
Inclinare doces tectis ſublimibus vndas:
Tu regis imperio, populos tu lege coërces,
Diues opum pelagi: pelagoque aſperrima bella
Victrici tu gente feris. Nunc Flauia portu
Auxilia, & iuſſam moliris in æquore claſſem.
Quippe iter ad ſummas vbi iam cótenderat Alpes,
Flauius, atque Italis exercitus aſtitit aruis;
Conſtantinus agris nemorum deſecta Britannis
Robora, veliferas auris animare carinas
Iuſsit, & Oceano validas procedere pinus,
Tũ freta ad Herculeas ſuperare anguſta columnas;
Nec libycos tentare ſinus; ſed mitibus auſtris
Tendere ad Italiam, & Ligurum ſe condere portu,
Donec Romani properaret ad oſtia Tybris.

Conſtantinus claſſem paratam in Britãnia Genuam mittit.

Dux erat, ac bello, pontoque regebat habenas
Romulea de ſtirpe ſatus (prima vnde Caorum
Stemmata, genſque vetus) Sardois Caius in oris,
Et Calaritanas illuſtrat ſanguine ſedes.
Ille tuis Flaui auſpicijs, paribuſque periclis
Arma parethonijs agitauerat impiger aruis,
Regnatoſque vna perductus ad vſque triones,
Lenierat Batauos rector, Belgaſque feroces.

Cõſtantinus in Ægypto pugnauit ſub Diocletiano.

Moliri tum iuſſus aquis naualia bella,
Velorumque alis currus per aperta volantes
Cærula: ſublimes deduxerat æquore puppes,
Sed patris auguſto deductum vertice ſydus
Criſpus vbi, & primos oſtendit littore faſces;

Criſpus accipit claſſem à Caio, qui Legatus conſtituitur.

Ipſe tulit princeps ratibus noua frena regendis:
Caius obit partes, tamen imperat ille, ſecundas.
Et placido iam tempus erat dare lintea fluctu.
Incedunt zephyris ſpirantibus, ardua fracto
Æquore mobilibus ſurgant velut oppida pinnis:
Flamine vela tument: turgēt quoque flamina velis.
Vtque ſedens puppi fugientem Criſpus arenam
Spectabat; *Paſcunt auidos ſpectacula viſus?*
Caius ait: *profugiſque ſilens vaga lumina terris*
Fixiſti, ò Cæſar? tanto Prætoria luxu
Vallibus aut imis, aut collibus edita lucent.
Vix hæc rura putes virides diſcreta per agros,
At ſedis communis opes: Vrbemque feracem
Non intermiſſo faſtigia ponere muro.
Præcipitem ſaxis, cœloque marique minantem
Aſpicis hinc rupem: proiectaque roſtra per vndas
Vertere flexa caput; liquidis, lapſuque ſonoris
Quæ ſcatebris rorant Delfinos humida portus.
Nec procul hinc tacitos fluctus ſinuoſa coronant
Littora. nonne vides, vt ſe conualle colorat
Penſilis autumnus, frondoſaque robora ſyluæ
Ornat, maturis oneratque rubentia malis?
Ima ſolo at tellus fœlix, montanaque retro
Attollens capita in nubes haud vlla furentis
Promptior eſt Boreæ glaciantes frangere noctes:
Mollibus atque auſtris hyemes experta tepentes
Brumalem grauidis fœcundat frugibus annum.
Tuque humus aprico ſemper lætiſſima ſole,
Citrus ab Heſperijs ſi quando auulſa colonis
Hoſpes ad Italiam, ſuſpectaque venerit arua:
Finibus eois ſi quando, & diuite gleba
Media ad œnotrias redolentia poma nouales

Genuæ ora maritima Orientalis inſignibus villis, & domibus frequēs.

Portus Delphinus, nunc portus finus.

Sylua è citris Limonibus, & malis Medicis.

Mittat

Mittat odoratis, aurique ſimillima ramis;
Accipies mater virides vberrima plantas,
Inſertæque ferax ſobolis. Non altera tellus
Fronde peregrinas ſtirpes, florumque niuali
Argento, aut malis opulentior, induet auro.
Ipſe procul ducet Nereus miratus odores,
Huc Tethyn, Thetidemq. rotis, populumq. natãtem:
Tritoneſque, & monſtra vadis excita profundis
Hæc circumfeſtis reſonabunt littora conchis.
Quas luſit natura vices? hinc obuia cœlo
Culmina miſcentur, ſubeuntque adſydera montes:
Obiectiſque illiſa fremunt magis æquora ſaxis.
Oppida nec deſunt, ſeruant quæ pendula rupes,
Condita ſeu valles, patrias aut aſpera cautes:
Non fluuij portuſque; accliuior ille Segeſtri: Nunc Seſtrū.
Ille Ericis ſedes, Veneriſque capacior implet; Portus Ericis: olim etiã Veneris, & Lunæ.
Cui gemina, ſcopulis vigilantibus, inſula tutos
Anguſtans aditus, obſeruat ad oſtia portus,
Ne ſe fluctus atrox, ne turbidus inferat Auſter,
Ne clauſis libycus violentior incubet alnis.
Intus amica quies, defenſaque lympha recumbit:
Aut prope marmoreæ ſua murmurat oppida Lunæ.
Nec longe antra cauis reſonant lapidoſa metallis.
Tu quoque Roma, tuas quæ veſtis marmore moles,
Saxa inter Libyes illuſa coloribus, inter
Sanguinea Phrygiæ, calidæque ardentia Memphis,
Et viridi Eurota, glebiſque reſecta Lacænis,
Quæ Paron alba colũt, & quæ maculoſa Chariſton,
Montoſæ lapidum cruſtis celebrabere Lunæ. Lunenſia marmora celebrata in Italia.
Quin & deciſis lucentia Templa columnis,
Et ſcenas ſtatues, magnis decora alta theatris:
Ciuileſque domos ſemperque inuecta per Vrbes

 Ibunt

Ibunt diuitibus Ligurum noua marmora venis :
Hetruriç Reges clari ante Romanos. *Finitima Hetruſcæ iam radis littora terræ ;*
Itala regali quà nulla potentior aurò
Sceptra tulit quondam, donec Romana poteſtas
Belligeris domitum luſtrauit curſibus Orbem.
Oppida rara vides : tamen huc aduerte, vetuſtis
Quà Glaucus profugas impingit mœnibus vndas :
Arnus Hetruriç fluuius in mare effunditur. *Arnus quà liquidas euoluit in æquora moles*
Tyrrhenos inter Rex florentiſsimus amnes.
Ille tuis ſortitus aquas Tiberine gemellas,
Arida maternæ lacteſcit ad vbera rupis :
Qui ex Apennino, vt Tiberis, effluit. *Fontibus epotis mox, & torrentibus vndis*
Paſcitur, & fluuios per ſaxa per arua rapaci
Latior ore vorat, det amico vt pabula pontò.
Sed prope qui ſtagnat, pelagoque, & flumine portus
Antiqui nondum ſtatio celebrata Liburni,
Denſat vela frequens, vel inubrat claſsibus æquor.
At perhibent (nec vana fides) venientibus annis
Liburni portus inſignis à Magnis Ducibus Hetruriæ conſtructus. *Has fore Tyrrheni ſedes ad littoris oram,*
Quò puppes zephyris implentes vela ſecundis
Diuitias, vtriuſque ferant & munera ſolis.
Vnde etiam Hetruſco turgentes Marte carinæ
Mediceæ triremes victorijs nobiles. *Longa per arſuros armorum incendia fluctus*
Diſpergant, prædamq. graues, famamq. reducant.
Vos magni per bella Duces, per gaudia pacis,
Cura quibus regere, & Tuſcos tum vertere frenos,
Indomitis faciles ſulcate triremibus vndas,
Cunctaque ſe circum medias fundentia terras
Cærula. Quiſquis erit contra tunc barbarus hoſtis
Aegæo, Cyprioque fremens, Libycoque profundo,
Sæpè indignatus frangi : ſocioſque natantes
Sanguine ſquamigeris eſcam deſcendere monſtris :

Capti-

Captiuaſque trahi, manicisque, & pondere ferri
Ire catenato laceras cum remige puppes;
Aſpera nequicquam, coluber ceu vulnera paſſus,
Attollet capita, & rabidas coquet igneus iras.
Itala victrices tellus venerabitur alnos.

Plura loquuturo ſurgentibus orta procellis
Dira ſuperuenit, tum noctis inhorruit vmbris
Tempeſtas, tumidiſque vias obſedit aquarum
Montibus, aut imas depreſsit in æquore valles.
Nubila dant imbrem, fluctuſque ad nubila tendit:
Et minus imbre madet puppes, quàm nubila fluctu.
Ipſe aderat pelago cedentibus africus auſtris:
Vrgebatque in ſaxa rates; ni circius algens
Turbine nimboſæ glomeraſſet flabra ruinæ:
Inque latus tranſuerſa fremens, ſcopuliſq. relictis
Nauita conuerſas egiſſet in alta carinas.
Ventorum nec ſæua duces audire vetabant
Arbitria, incertoque fidem perquirere ponto.
Ergo nec hetruſcæ, latiæ nec littora terræ
Vlla vident. Trans Circæis iuga conſita lucis
Caietæque arces, diuerſa in cærula longe
Abreptas ſeu portat hyems, ſeu vortice puppes
Torquet, & allidens lacerat, populataque frangit
Robora. Cum tumidi paulum ſedère fragores:
Et moritur motura leues tamen aura tumultus.
Baianos tua Criſpe ſinus iam tuta procellæ
Puppis habet. ſubeunt aliæ, ſparſæque per vndas
Conueniunt, ac nota ducum vexilla ſequuntur.

Coorta tempeſtas claſſe diſſipat.

Criſpi claſſis vltra oſtia Tiberis pellitur ad littora Cāpaniæ.

SAEPE malo ſperanda ſalus. Maxentia portu
Lucrino, & ſtagnis exercita claſsis Auernis
Stabat, & inſidias pelagi metuenda timebat:
Nec dum ſulcato deduxerat æquore Martem.

Vbi ſemper claſsis imperatoria inferi maris manere ſolebat.

Dux erat Aufidius romani antiqua ſenatus
Progenies; ſed corde fides abitura manebat.
Dux claſſis Maxentij in hoſtem inclinat. Quippe ſagax rerum, fractoque aduerſa Tyranno
Mens ſibi confertas prodendo, & ſontibus auſis
Deſignabat opes, meritos & Conſul honores.
Hæc adeo penſantem animis & multa coquentem
Tullius affatur, qui proxima iura ferebat
Legatus, celebremque freti per claſsica palmam.
Tunc ait: *Expendiſnè, probas necdū optima ductor?*
Eodemque Legati oratione perducitur. *Fluctuat ecce metu claſsis, quòd Flauia circum*
Mille per obſidium componunt vela carinæ.
Feruere iamque ſalo pugnas, & clauſtra reuelli
Aſpicies, noſtris & aquas igneſcere flammis;
Et dubitas, quo bella trahant iurata regentem?
Quin potius, cui ſceptra Deus, cui debita votis
Aſſeruit miles, Regis venerare domantem
Terraſque, fluctuſque manum. Te, munere claſsis,
Criſpus ad Auguſtum, ſperataque præmia ducet.
Dixit, & ambiguos deiecit pectore ſenſus.
Iam vorat Aufidius faſces, emptaſque curules:
Iamque oratores humili per cærula cymba
Claſſis Maxētij deditur Criſpo. Ire decem, dominâque iubet cōſcendere puppim,
Et Criſpi imperia Flauique repoſcere iura.
Hi mandata ferunt. Tunc & tabulata biremis
Celſa ſuper Criſpus, turmas alnoſque refectas
Ire iterum pelago, remiſque inſtare iubebat.
Legatique aderant: & fando maximus infit.
Criſpe tibi, genitor capiat quæ munera Cæſar,
Deferimus, ſi dona placent placitura parenti.
Munera claſsis habes. Male tēperat iſta Tyrānus
Aequora. Cedat aquis, Roma qui vindice terris
Pellitur. egreſſa è portis iam Roma parentis

Conſtantini acies patefacta ad mœnia ducit.
Nos tua gens ſequimur, prædamq. dicamus opimã.
Vix ea. Cum lætus Cæſar: *Vos diuite portu*
Fertis, ait, *prædam; qualem non gemmifer vndis* Criſpi accipientis oratio.
Oceanus, genitrix non purpura parturit oſtro.
Accipit hanc, reddetque opulento fœnore Cæſar.
Me prædem Dux, miles habet. componet ouantem
Laurum Roma Patri: vobis ſed congeret aurum.
Sic ait. Aufidiumque vocat, laterique, refuſa.
Hærentem ſpe rurſum onerat, laudatq. regentem,
Viſit & oblatam Lucrino in littore claſſem.
Provehitvr ſtudijs hominũ, quem proſpera firmãt, Legiones ex Africa adueɫtæ pro Maxentio.
Duxerat excuſſis Nomadum digreſſus arenis
Fortè Valens iuſſas acies, & proxima tutis
Inſedit caſtris accliuia rura Veſeui.
Auxilio ſed enim Maxentius arma ciebat:
Ac Tiberi metuens Libycis nudauerat oris
Indefenſa ſuo Mauruſia militeregna.
Hæc adeo veniſſe ratus ſibi Flauius arma,
Explorare fidem, ſolidamque obtundere donis, Criſpus de traducendis ad ſe Africæ copijs cogitat.
Ante omnes tentare Ducem, vulgique labantis
Pectora, ſi qua forent, auro reſonante mouere
Imperat. It ſolers opulenta exponere fando
Munera, & incertas Caius verſare cohortes.
Ille etiam miles bellantis ad oſtia Rheni
Tecum prima Valens paribus tolerauerat annis
Vulnera, & hiberno glaciata cubilia cœlo.
Vt ſtetit ante Ducem, veteri iam notus amico:
Tu quoque noſter eris, dixit, *neque bella gerentem* Caius amicus duci copiarũ Africæ perſuadet vt Criſpo ſe dedat.
Flauia iurati vox vlla morabitur oris.
Neſcius immanis iuraſti in verba Tyranni;
Nunc Orbem ſequeris victricia ſigna ſequentem.

Vſque

Vſque adeo ignotis ſeiungitur Africa terris,
Solis & alterius flagrantem ſeparat annum,
Rumor vt auſoniæ, ſtrageſque immenſa ruinæ,
Excidij non aura tuas peruaſerit aures?
Nam tu quas Aquilas, quæ tu Maxentia caſtris
Nomina prætendis? per vulnera mille Tyrannus,
Crede, infœlicem vomuit iam pectore vitam?
Tu dominos faſces, acies hic fingis inanes?
Noſter inoffenſo domuit Germanica bello:
Gallica tum preſsit: mox Itala regna ſubegit:
Nec potis eſt Romam Cæſar penetrare vocantem?
Clauſtra remoliri tremefacti abiegna Tyranni,
Atque acies abolere tuas? Tentoria mortis
Hæc fuge: vince Valens Criſpo, cui pugnat in hoſtē
Aufidius. Pudor eſt, ſociorum exempla ſequutum
Vincere? ſi pigeat, iubeo, tibi fidus Achates:
Deſere labentem, ne lapſu inuoluat eodem.

Dixerat. aſſantique Valens aſſenſus, amicis
Valens Criſpo volentes legiones tradit.
Inclinat votis. Quippe & commotus agebat
Miles, & impatiens raptæ ſtipis, aucta minanti
Voce repoſcebat ſudoribus æra diurnis.
Ergo vbi certa vident mutati præmia belli,
Auellunt Aquilas, & Flauia ſigna reponunt.

CON-

CONSTANTINI
LIBER X.

ARGVMENTVM.

Criſpo ingreſſo Neapolim, poſt epulas Veſuuianum incendium exponitur. Tum improuiſo nuncio Peruſinæ obſidionis cum delectis cohortibus mouet in Hetruriam. Vnde Romulus accitu Maxentij Romam verſus diſcedit, exceptus à patre iam ſacrificaturo. Cui, poſt cenſum exercitum aduectas ſecum copias enumerat, oſtenditque.

TV quoque formoſæ dominata Neapolis oræ — Vrbs Neapolis fauet Cõſtantino.
Deijcis effractis Maxentia nomina ſaxis,
Et turpes ſimulacra ruis referentia vultus,
Regis atrox excuſſa iugum: tum Flauia iuſtis
Legibus imperia, & mites amplexa coronas;
Inuectuſque ſubit pacatam Criſpus in vrbem. — Equeſtri pōpa Criſpus in Vrbem inuehitur.
Anteibat ſublimis equis delecta iuuentus,
Ornatæque vias implent longo ordine turmæ.
Pars lucent ſagulis, chlamydeſue, aut picta decoris
Stamina cingebant humeris: pars arma coruſcant,
Attol-

Attolluntque leues elato vertice criſtas.
Ipſe inter belli proceres, vexillaque Princeps
Fertur, & intexto trabeam diſcriminat auro,
Non ſine illuſtri exercitu. Et multum de patre gerens. Tum denſa cohortes
Effundit legio. non ære latentia membra
Horrificas habuere minas: non fuſa per aurum
Blanda laceſsito cedebant lumina ſoli:
Et flammæ galeis, clypeis ſe fulgura miſcent.
Haud impar infertur eques, cui plurima dorſo
Purpura, fulgenteſque habitus, cui lucidus ambit
Mēbra chalybs: ſonipes ſquamis atque ęre coruſcis
Mobilis effigiem gaudet ſimulare metalli.
Et frequētia Ciuium. Miranturque omnes, turbis ciuilibus implent
Sublimes quicumque domos: quicumque patentes
Obſedere vias, atque altis pendula pinnis
Culmina: & obtutu florentia principis vno
Ora legunt, ſimilemque putant aſtare parentem.
Parietibus ſtabant, opibuſque ingentibus ædes;
(Nunc vbi regales abeunt in nubila moles)
Tecta ferebatur populus quæ regia quondam
Struxiſſe; imperij poſtquam Cumana remouit
Arbitria, & dominas vrbis tractauit habenas.
Regia domus qua excipitur Criſpus. Marmoreis ibi vaſta nitent cœnacula cruſtis:
Aut ſolidis lapidum glebis, phrygijſque columnis
Ardua tolluntur: cameris ſuſpenſa relucent
Conuexo cryſtalla gelu: ſeu clarius aurum
Conſertis trabibus laqueatas induit aulas.
Hæc adeo feſtis celebrata palatia menſis
Criſpus adit. venere duces, procerumq. potentes;
Accumbuntq. thoris, quæ purpura veſtit, eburnis;
Et praſina aurato velant, & ianthina textu
Serica, villoſi quin verſicolora tapetis

Licia

Licia calcantur, ſi quà virgatus ophites
Defecit, neque candet onyx: non ſecta laborant
Saxa pauimentum, maculæque ornare iacentes.
Iamq. miniſtra epulis menſas onerare iuuentus; Solemne epulum Criſpo, datum.
Exceptiſque auro dapibus, quas educat aër,
Quas ſyluæ, quas rura dabant, quas æquora condũt.
Tum defuſa cadis generoſa inferre falernis
Pocula, nec rubris cedentia vina pyropis.
Lætanturque patres, domino ſe digna recenti
Munera campanis opibus, tectiſque ſuperbis,
Et cumulaſſe pares noua per conuiuia luxus.
Iamque expleti omnes miſſus odere ſupremos,
Et ſegnes oculos dapibus, menſiſque ſecundis
Auertere manus; Cùm diſcumbente corona
Criſpus ait: *Cunctis ſaturatam paſcere mentem* Diſcendi cupido ſemper opportuna.
Diſcendo tam dulce reor, quàm viribus ægris
Inſtaurare cibos, & opimæ gaudia menſæ.
Ergo quis, ò ciues, huc veſtri antiqua Veſeui,
Atque alijs forſan ſeruata incendia ſeclis
Euoluat patrij referens miracula montis?
Me quoque verſat amor tãtarum agnoſcere fontes Quamprę́ſefert Criſpus, vt cauſas Veſuuiani incẽdij audiat.
Flammarum, & vaſtis fomenta incluſa cauernis;
Inſonet vnde ardens olim vapor: vnde flagrantes
Hauſta vorent facibus torrentibus æquora rupes:
Quod ſi æſtus natura premit, montiſque recondunt
Clauſtra reluctantem ſaxis pendentibus ignem;
Proxima littoreos pelagi cur oppida fluctus
Sed male tuta bibunt? cur vidi inſidere dorſo
Accliuis caſtella iugi? terræque feracis
Vndique baccatam vicis agreſtibus oram?
Non veniunt ſecura truces in fœdera flammæ;
Erumpent olim miſeri cum ſtrage coloni.

Sic ait, at contra facundo Liuius ore,
Vita quaterdenos cui bis numerauerat annos,
Nataleſque dedit flammarum accedere cauſas:
Vulnera noſtra cupis, verſumq. agnoſcere Princeps
Littoris ingenium, dixit; *quod Liber amœnis*
Vite racemifera gradiens diuiſerat aruis.

Campani Senis narratio de Veſuuiano incendio.

Nam proauum memini digito ſignare Veſeui
Triſte ſupercilium populataque culmina rupis,
Dicentem: Referes audita nepotibus olim,
Ipſe ego diſrupto quæ vidi incendia monte,
Pacatum Romana Titus cum Cæſar in Orbem
Iura dabat; populis effuſo largius auro
Qui pius ignifera penſauit damna ruinæ,
Atque inopes iuſsit procedere mitiùs annos.
Seruantem ex illo ſpectas mala ſigna Veſeuum
Ferali defixa iugo. Nam ſole tepentes
Margine ab occiduo pelagi quà tollit in auras
Prodigiale caput; lapidoſus, & aſpera terga
Infœcundus ager, nullo diſcrimine raptis
Arboribus, frugumque ſatis, pecorumq. magiſtris
Nudus, inops ſqualet. ſemiuſtis horrida ſaxis
Se tantum, ac dumis tellus conueſtit acutis,
Hic vbi ver ante aſsiduum fœlicibus aruis
Perpetuos flores, fœtuſque autumnus alebant:
Et cum populeis ſe crederet hoſpita ſyluis,
Pendula purpureas vindemia cinxerat vuas.
Sed tu diſce, ferat tantis vnde ignea peſtis
Nutrimenta rogis: quì ſe ſe erumpat apertis
Tænareus vapor, Alecto expirante, cauernis.

Tito Imperatore Veſuuius flagrauit.

Poſt illud incēdium pars Veſuuij verſus mare inculta & ſterilis.

Principio mugire ſolum, rupeſque gementes
Faucibus exululare cauis, & nocte profunda
Murmura miſceri, queſtuque ſimillima rauco

Deſcriptio inceudij Veſuuiani anni 1631. per anachroniſmum

Ima

Ima laborantis percurrere viſcera montis. Primus montis fremitus.
Terra dehinc tremere & crebro diſcuſſa tumultu
Inſtabiles agitare ſinus. Ea prima futuræ Dein terræmotus.
Tentamenta dabat moles diuulſa ruinæ.
Eluctata diù ſed turbinis ira tenaces
Emouit tandem ſcopulos: aditùque recuſſo,
Qua minor obſtat apex, & porta facillima, rupit
Impulſo cum monte diem. tonuere patentis Deinde aperto monte tonitrus.
Ora iugi, & crebris diſſultant nubila bombis:
Aequora ſubſidunt pauidis tremefacta procellis.
At tellus ſiue illa metu, motuque latentes
Ambiguo fugeret flammas: ſiue illa trementis
Aëris illiſu, & moti vertigine montis,
Nutabat magis, ac penitus compage reuulſa
Frangebat reſoluta ſuæ caua pondera molis.
O' mea Partenope, ò Siren oblita canendi
Non gemitus, luctuſque atros, non vlla doloris
Argumenta premis, totam lymphata per Vrbem
Extremos ſine morte rogos, & funera lugent Circumiens terræmotus.
Agmina; mobilibus ſimiles, lapſumque timentes
Iactabant cum tecta domus: emotaque Diuùm Et fuga Ciuium.
Delubra, atque arces, & mœnia victa patebant.
Iam ciues tumulum lapſuris molibus Vrbem
Moliri, caſuſque rati pendere ſupremos,
Marmoreas ædes, luxuque inſtrata relinquunt
Limina: & aprico viridantes gramine campos
Inſedere: alij pictis tentoria velis
Intendunt; ſeptis veluti formidine caſtris
Luctantem cœlo, flammataque bella cientem
Tentarent iterum ſuccendere Marte Veſeuum.
Sed maior vis monte furit: populoſque coactos
Multiplici terrore quatit. Nam turbine denſo

Hor-

Cinis, & fumus è iugo emiſſus.

Horrificos cineris, piceoſque bituminis atri
Eructat, fumiqueglobos. ſtetit ardua primùm

In arboris ſpeciem.

Arboris in ſpeciem, pinuſque ſimillima nubes:
Caudice cui longo ramoſa cacumina pandit

Et conglobatorum montium.

Planus apex: vaſto in cœlum dein vertice creuit
Caucaſus. aut veluti aggeſtis ſe montibus Alpes
Agglomerant: cineris, mixtæque volumina noctis
Sic alia ex alijs emiſſa flagrantibus antris,
Rupibus Oetæis Rhodopen, aut Pelion Oſſa,
Atque Athon impoſitos imitătur, & Alpibus Alpes.

Nubes cineris ſciſſa domos, & tecta inſedit.

Iam ſciſsi volitant cineres, & culmina rupis
Et vicina ſuper circumſtetit oppida nubes,
Atque increuit onus tectis pluuiale vetuſtis.
Subſedere trabes, paſsimque oblita paterni
Roboris ad terram ſeſe tabulata dedere.
Inde domos agmen intrat cinerale patentes,

Cum ſaxorũ grandine.

Ingreſſuque premit. cùm ſæuior ingruit imber,
Et grando laceras heu ſaxea percuſsit ædes.
Quippe inter primos piceæ ferruginis æſtus
Ecce imas cautes magni fundamina montis,
Auulſaſque iugo ſilices, ſcopuloſaque terga
Telorum ceu flamma opifex torquebat in auras.

Quæ è fundo montis magno impetu effundebantur in omnẽ partem.

Iam vaga diſſultant, lapidoſaque viſcera fundo
In nubes proiecta volant, & nubila frangunt:
Mixtaque pumicibus ſcabris, reuolutaque fumo
Pars liquefacta fluit: ſalientibus obuia ſaxis
Ante iugi patrias, in mutua vulnera, fauces
Pars cadit, immugitque fragor: pars æmula raptas
Portat in aſtra faces. ſed ponderis impete verſo
Omnia præcipitant rigidis crepitantia glebis:
Non ſecus excuſſæ neruo reſonante ſagittæ
Celſa fatigato ſubeunt ad nubila ferro,

Be-

Pennigeroque leues reuolant in funera plumbo.
Sic lapidum montana ruit, latèque flagellat
Oppida tempeſtas. emouit cardine poſtes,
Proiecitque fores: irrupit fracta domorum
Culmina: non armenta boum, non luſtra ferarum
Tuta latent: oppreſſa graues gemuere procellas,
Atque vndà pluuias ad littora currere moles.
Sed tamẽ hæc parcè quærimur; nãq. ipſe profundo
Murmure, fulgetrique alis, tonitruque ſonoro,
Veſuius, & ſtructa in tumulos præluſit arena
Hactenus: atque lapis cecidit, ceu teſſera ludo.
Nunc ignis, nunc terror adeſt: mundique ruinam
Eructans totis mons obluctatur Auernis.

Maior tempeſtas in meridie.

Ergo vbi iam mediũ curru ſol preſſerat orbem,
Extinctum ſubito nox intempeſta recondit.
Ipſe dabat tenebras mons igneus. oblita fumo
Nubila fuſcauere ſinus, nimboque retorto,
Funeſtaque diem fugientem amplectitur vmbra
Tartaream turbo inuoluens caligine noctem.
Cum luxere iugo, ſed vincta horroribus atris
Flumine turgentem ruperunt lumina nubem.

Primo fumus atræ nubes, & tenebræ.

Flumen erat, flammis quod ſe torrentibus, alto
Vertice deuoluens aluere bitumina mixto
Sulphure: ſulphureuſque cinis, cinefactaque ſaxa,
Lentaque nitroſæ pauere incendia maſſæ,
Pellat vt ardentes arſura in cærula fluctus.
Flammifero qualis Phlegeton ſe turbidus æſtu
Tenareis infert campis: tumiduſque per ignes
Torret auernales vndanti vortice ripas.

Tum flumen ignis ſe è vertice deuoluit

Sic quoque fontanis miſſum fornacibus amnem
Mons, ſpecubuſq. vomit. Delapſus ab aggere ſummo
Precipites ſiue ille rogos, ſiue ille fragoſus

Fluuius igneus delabitur in planiciem.

Rapta ſupercilia, & feruentes igne procellas
Deuexo, aruorum contorquet ad æquora, cliuo.
Audiuere procul pauidi, & videre fluentem,
Auditur nec deuitatur. *Seque exertantem facibus, fremituque minantem.*
Semita nec datur vlla fugæ: dubitantq. tremuntq.
Incertique hærent, fugiuntque, petuntque penates,
Amplexi teneros, vlulanti coniuge natos.
Mercibus inſidunt alij ceu tuta per aurum
Vita foret, nec auarus opes conſumeret ignis.
Pars celerat, fruſtraque metũ comitata volantem,
Ocyus inuentis rapitur demerſa procellis.
Flammatis namque auxilijs animoſior amnis,
Nec iam ſe clauſtris cohibens, pelagoque patenti
Latior, & labens vllo ſine margine ripæ,
Fluuius igneus in ſeptẽ riuos ſcinditur. *Mox tamen in partes abſcinditur. Abſcidit vndas*
Ignotas veluti, ſeptemque per oſtia Nilus
In mare tantarum vix molem effundit aquarum.
Sic quoque turgentem fluuium iam vertice montis
Cernere erat late incenſis extante fauilla
Fluctibus, & totas ſorbentem gurgite rupes.
Hunc quoque fluminei vaga per diuortia curſus
Septenis impulſa vadis montanus in arua
Fumiferas torquens ſpumas Vulcanus agebat,
Finibus & riguos fluuialibus impulit ignes.
Iam cliuoſa tument; ſyluæque, & naufraga circum
Oppida merſantur facibus. pagana per agros
Pagi, & oppida ſubito pereunt. *Tecta quibus tellus aluit fœcunda colonos,*
Flamma repente vorat. Fugiens ſic lumina fulgur
Præterit: vt periere omnes, hominesque, feræque
Erranteſque greges. Hauſit delubra, domoſque
Ignis edax: trepido ceu terra excuſſa tumultu
Cum patet, ac ſubito montes abſcondit hiatu;
Ad-

Aduenere ſimul, fragor imus, & alta vorago,
Et tremor, & raptus, merſæque in tartara moles.
Sic abſumpta cadunt: fluitans ſtrepit igneus amnis; Fluuius igneus fertur in mare.
Cunctaque vorticibus ſubeunt, oculiſque recedũt,
Aequorei curuata ſinus ad littora, qua ſe
Parthenopæa vadis veluti cratera marinis
Implet, & obliqua pelagus circumdat arena.
Stabant Pompeij veteres, atque Oppida (ſedes, Pompeij, & Herculanum pereunt.
Nomen & Herculeum) dilecta ſalubribus auris,
Mitibus atque vndis, placido liquidiſſima cœlo.
Hæc quoq. aduſta rogis torrentibus, obruta nimbo
Pulereo, & cinerum ingeſtis latuere ſepulchris.
Pars tamen, aligero qua curſu ardentia vicit
Flumina, conſumptos iterum conſurgere muros
Vidit, & externos noua mœnia quærere ciues.
Forſitan, & ſeris ſi quando incendia luſtris
Eructans iterum patefecerit ora Veſeuus,
E cinere attolli rurſus, vitamque calentem
Ducere ab extinctis dabitur per ſecula flammis.
Cætera quid memorem caſtella rogalibus vndis,
Vndoſiſque immerſa rogis? vicinia fleuit
Ciuica deſertos pagis abeuntibus agros; Quantum in vicinis locis excreuerint ignes, & cineres.
Nec niſi putre ſolum, fluuio conſumpta rapaci,
Quà celſæ capita extulerant euanida turres.
Tu quoque ſupremas tremefacta Neapolis horas Ignis fluens Neapolim verſus, & repreſſus.
Ingemis, vt gemino reſonantem flumine cladem
Senſiſti, & furias allabi in tecta fluentes.
At prohibente Deo cohibent properantia curſum
Excidia, incedenſque fragor. tamen igne cadenti
Tecta cadaueribus ſqualent fumantibus arua.
Arboreis viduata comis; non vitibus vllis
Non ea frumentis, ſyluis non apta ferendis.

Aſt alibi eluuies diſcretis feruida riuis,
Acrior obijcibus raptis, flexiſque viarum
Incita mæandris, tumido maris æquora ſaltu
Irruit. Vndantes gelidarum arſiſtis aquarum
Igne ſuperfuſo caueæ, veterique fugaſtis
Tyrrhenam ſtatione Thetin; cum verſa videret
Igniuomis ſua regna fretis: & flumine lapſo
Fulminis in morem, iaculatum ardeſcere pontum.

Aquæ effuſæ è Veſuuio Nolam verſus.

Sed parte ex alia, Pœnis quà Nola trophæis
Veſtit adhuc memores per aprica noualia muros,
Cautibus excuſſæ traxerunt flumina lymphæ.
Mons tumefacta gerens diſtentis viſcera flammis
Prægelidas iungebat aquas; diſcordia mixtim
Doctus inaceſſis elementa recondere fibris:
Et facibus lymphas, incendia paſcere lymphis.

Cauſæ, cur aquas mons effuderit.

At poſtquam æſtiferis efferbuit ardor ab antris
Carceris impatiens, ac ſpiramenta recluſit,
Abrupitque aditus per ſumma, per ima calentes,
Liberior motis ſe miſcuit halitus vndis
Igneus, impulſuque fugam leuiore latentem
Ductilibus laxauit aquis; illæ agmine denſo
Proſiliunt; nouus, & fratri non flumine diſpar
Naſcitur Eridanus: bibuliſque occultus arenis
Quos longum ſitiens brumales hauſerat imbres,
Pabula quæ tellus, quæ præbuit humida Pontus,
Cuncta vehit; ſyluas immanibus ille natantes
Verſat gurgitibus: miſeris vagus ille colonis
Exitium, gregibus ſtragem molitur, & aruis:
Flammaque fumoſis interfluit horrida riuis.

Cauſæ, cur Veſuuius flãmas emiſerit.

Nec labor eſt ſimiles flãmarũ exquirere cauſas.
Quippe olim exuſtis quod rupibus excidit ignis
Interiora iugi vaſto ſuſpendit hiatu:

Et

Et ſcabræ innumeris aulæ patuere cauernis.
Hæc adeo vapor, ac tenuis conclauia ſeruat
Spiritus, & prima ducens ab origine flammam
Peruolitat: ſeſeque irarum accendit in æſtus,
Natali montis gremio quod vincla coercent
Nondum expirantem cœlo, nimiumq. morantem.
Verum vbi ſe clauſus patrijs calor auxit in antris,
Feruenteſque acuit vires, cæciſque latebris
Quò magis arctatur, magis æſtuat: & ſibi iunxit
Sulphura, & occultis accenſa bitumina venis;
Tum vero accitis opibus violentior ardet,
Mox & ſumma quatit flãmis iuga: donec apertum
Fecit iter, domitoque exultat in aſtra Veſeuo;
Inſequitur tonitru, feſtumque tonitrua fulmen.
Vos quoque venturi longæua in ſecla nepotes
Difficiles noſtris aures ne fingite dictis;
Digna fides. ſtrepitus inſanaque murmura montis
Teſtantur longe, duplici quos Adria fluctu,
Dalmata ſiue tuis, ſiue Appule verberat oris:
Picentes Recinæ colles, Peruſinaque Tuſci
Mœnia: pugnaceſque rati concurrere gentes
Et ruere exciſas vrbes: aut Marte propinquo
Arma inclamantes duxere in prælia ciues.
Quid raptos dicam cineres, cœloque fluentes,
Quà ſimul aduerſi diſcordia flamina venti
In cunctas vexere plagas? Non eurus ab ortu,
Depreſſoque auſter pluuialis cardine mundi
Defuit: aut ſcythico boreas, aut africus antro
Erumpens libyco, zephyruſque ad terga fluentes
Tunc alas hibernus agens. Hi protinus æquo
Infeſti lacerant cinefactas turbine nubes,
Et partem ſibi quiſque trahit. nebuloſa feruntur

Exhalationes calidæ intus clauſæ, & auctæ ignem excitarunt.

Fremitus mõtis longiſſime in alijs terris auditus.

Vẽti eiectum cinerem in varias mũdi plagas deferunt.

Fragmina, liuentique pluit fuligine cœlum:
Iam Libyci pennis Bizanti ad mœnia vexit
Quo cinis eſ fuſus peruenerit. *Oſtentum ferale cinis: boreæque rigentis*
Diſperſus furijs Nomadum cumulauit arenas:
Obſtupuit difflante noto, deſcendere nimbum
Dalmata puluereum: totis & Apulia campis
Extingui pluuio miratur pondere meſſes:
Ad calabros zephyrus populos, violentior eurus
Pellit ad auſonios: auræque hinc, inde frementes
Impleuere ſinus Europæ: aut feruere pontum
Imbre ſuperfuſo, & tumidos caneſcere fluctus,
Seque ſuper cineres iactant equitare natantes.
Tu quoque ſolemnis magna ad Circenſia pompæ
Quod accidit Titiano incendio, nō noſtro æuo. *Spectatrix dum Roma ſedes, æſtiua theatris*
Obtendi non vela cupis; diſcedere ſolem
Et caliganti trepidum nocteſcere velo:
Tum verſo cineres illabi, & triſtia ludo
Certatim portenta doles. Gens alba togatæ
Vrbis inhorreſcit ceu tegmine velleris atri
Induci caueam: turpique ſedilia monſtro
Deſerit, & palmas caligine merſa curules.
Montis at incertos audax non incola motus
Amor paterni ſoli, quo, & eius fœcũditate incolæ retinentur. *Formidat; concuſſa malis, neque pectora languent:*
Non extinctus amor patriæ non cura receſsit:
Externiſque ſuos renuunt mutare penates,
Quamquam inclinantes flammaq. vndaq. laboret.
Hic molles veris comites altiſsima Cancri
Spicula, & humentis frangunt gelidiſſima Capri:
Decernuntque vices, gleba quibus vbere tellus
Floribus, aut pomis, aut meſsibus impleat annum.
Largius hic ſeu blanda quies, ſeu fuſa beatos
Copia per campos prohibet diſcedere ciues,

Sacrauitque tuo plures Campania bello.

Non bene deſierat ſupremas fundere voces Eloquio mulcens procerumque, & Principis aures Liuius. in medios cætus, aulamque ſilentem Cum ſe ſe aduenienslonge, nouus intulit hoſpes Pallidus, atque artus lacero velatus amictu. Vt ſtetit ante ducem: *Princeps accumbere menſis Atque hilarem*, dixit, *gaudes dare lucis honorem; Caſtra tuos lõginqua premunt. Peruſina tuentem Mœnia Dalmatium, Germanica Romulus arma Deducens Aquilone ferit. Captiuus agebam Sarmaticos inter, ferroque onerante, maniplos, Poſtquam improuiſa rabies me barbara pugna Perculit. in tenebris ſed vincla tenacia rupi, Seminecem reddo patriæ. Cœleſte Tonantis, Et Labari ſignum non expugnabile teſtor, Me forti certaſſe manu, nec vincla tuliſſe Indecorem: longèque abitus tentaſſe fugaces, Vt repetã bella incolumis. Tu, magnus ad Vrbem Dum ſubit auſoniam genitor, tyrrhena cruento I, tecta obſidio diſſolue, hoſtemque tenentem Prorue. Libertas victorem, & vita ſequentur, Illa obſtrictagemit, mortiſque hac faucibus hæret.*

Conuiualis lætitiæ conuerſio.

Obſidio Peruſiæ narratur Criſpo.

Iuſta fides aderat dictis. Nam ſigna ſequentem Flauia, Campanæque ducem cognouerat alæ Criſpus, & emerito donatum viderat auro; Aſſenſuque omnes circum, fremituque dolebant. Ipſe magis dignas ſe principe concipit iras, Vlciſci patrias acies, aut ſanguine clauſum Pandere certus iter, ſeque immerſare periclo. Emicat arma vocans iuuenis, dapibuſque remotis Ardentem cinxere duces, & fida miniſtrant

Criſpi virtus.

Conſilia, inque vicem capiunt, & iuſſa capeſſunt.
Continuo Libyæ audaces in claſſica turmas
Imperat ire Valens, percuſſaque pectora Marte
Sollicitat. tædet pelagi, quos claſſe regebat
Caius, & æquoreo portantes prælia curru
Puluerei verſare iubat diſcrimina campi.
Mittit & Aufidius leuibus delecta carinis
Agmina: teſtaturque fidem, neque bella moratur
Parthenopæa manus. vim fortibus ingerit auſis
Non ſegnis cuneos præuertere Criſpus euntes,
Iamque tuos animo meditatur Romule clades.
Ipſe quidem, poſtquã duxit per culmina vallum
Romulus, iliceas Peruſina in mœnia turres
Struxit, & oppoſito percuſſit ab aggere muros
Arietibus crebris, ac roboris ære trabalis:
Loraque magnarum vertigine tenſa rotarum
Tela intorquebant tormento excuſſa tonanti.
Tum ſcalis, gradienſque acta teſtudine miles
Aërium tentabat iter, ſi qua impetus hoſtem
Luctantem contra, flammaſque & ſaxa rotantem,
Aut inclinatæ faſtigia vinceret arcis.
Forte impulſa dedit moles turrita ruinam,
Muraleſque aditus trepidam patefecit in Vrbem,
Romulus oblatæ commotus imagine palmæ
Craſtina per lapſos mandat certamina muros:
Victorem tumido ſe barbarus ore ferebat.
Ecce autem latijs referens ſe iuſſus ab oris
Improuiſa tulit Marius mandata Tyranni.
Vltima quippe tremit Maxentius; arma videbat
Conſtantina ſuis quod iam ſuccedere caſtris:
Ac veſpertinæ voluens mala vulnera pugnæ
Nati abſentis opes, arctoaque ſigna vocabat.

Copiæ ductæ à Criſpo aduerſus Romulum.

Romuli Peruſina obſidio.

Tormenta muralia veterum.

Maxẽtius reuocat Romulum ab obſidio.

Nam

Nam quid ab hetruſcis ſurgentem mõtibus vrbem
Romulus incaſſum foſsis, & inutile bellum
Clauderet? At Roma imperij cor, vnde patentes
Spiritus in terras, vitæque effunditur ardor,
Occidat interea prædoni us icta Tyrannis?
Depaſcit morbi cum viſcera torridus ignis,
Quis curat gelidis perfuſa liquoribus ora?
Aeſtifero ſedes animæ feruore calentes
Reſpuit? obſidio imbellem diſcludere pubem
Quid iuuat, immanem propiore Typhoëa dextra
Si metuo, & ſtricto ferientem pectora telo?
Huc adſit regno incolumi quicumque tuetur
Me ſtantem, ac mecum dominæ Capitolia Romæ?
Tu vero abſorptus rapido ceu vortice belli,
Emergis, teque ipſe rapis? tu redditus auris
Romule rurſus abis, oculos luſure paternos?
Linque hoſtes: mihi victor eris, cum veneris. arcet
Bellica quem virtus, reuocent mandata parentis.

Cauſæ reuocandi ad Vrbem à Mario expoſitæ.

Hactenus edixit Marius, pauidique renarrat
Iuſſa patris. Stetit ambiguus, neque verba reſoluit
Romulus. Vt canis vmbroſo venatrica ſaltu
Cum tenet occultæ latebroſa cubilia capræ,
Inſtat hians luſtris: vibrataque ſibila longe
Forte feras lacerare vetant. fremit illa, nec audet
Intempeſtiuas domini perrumpere leges,
Spernere nec prædas, auidoſque eludere morſus.
Non aliter iuuenis venerati ad iuſſa parentis
Hæret, & hinc æquis emollit pectora dictis:
Hinc raptas queritur palmas, repetitque morãtes.
Tandem ait: O' *noſter vitæque, viæque per omnes*
Anfractus, caſuſque comes, quid ab hoſtibus arces
Nuncius exitiale malum? laudemque decoram,

Dubitat tamen Romulus de diſceſſu.

Romuli ad Marium reſponſio.

Victri-

Victricemque meo remoues à vertice laurum?
Vincebam; tu preſſa metu, vincliſque, fameque
Agmina diſſoluis. Annis ſed inertibus hoſtis
Viuat, vt incolumes per me pater exigat annos.
Quid potius firmat bello mihi proſpera virtus?
Nulla moror, quæ Roma tibi iam tradimus, arma.
Cõſultat Romulus de dimittẽda obſidione. Dixit. & extemplo tentoria ad intima fortes
Iuſſit adeſſe duces. foribus glomerantur apertis
Cordibus iratam quicumque ferocibus Arcton
Expirant. Cari tum iuſſa nouiſſima patris,
Et fida auxilia trepidam reuocantis ad Vrbem,
Romulus enarrat, cupiens iam caſtra moueri.
Concilijs aderat, patrium dominator ad Albim
Amſterus qui iura dabat, victorque cruento
Marcomanne tuos inſedit milite campos,
Pannonias idem populatus ad vſque nouales.
Ille ratus ſibi prima Italûm iam regna teneri:
Bene cepta proſequẽda. *QVI Bene cepta nouis*, inquit, *male prouidus au-*
Diſſipat inceptis, non vlla per acta ſecundos (*ſpex*
Explicat euentus. Muros quatis ære labantes,
Celſaque tecta ſolo trabis inclinata: manumque
Supponis ne vulſa cadant i ſine, mota ruinam
Diſpergant, tibi ferali nec mole ſepulchrum
Conſtrue. Labentem video, quam cingimus Vrbem,
Extremoque ſuos verſantem funere ciues.
Quis labi vetat impulſam, ſubicitue cadenti
Nec diſcedẽdũ obſidione cenſetur. *Terga? quis euictos, mihi perfuga ſubleuat hoſtes?*
Nempe timet Cæſar. timeat: victoria turpes
Eripiet cui noſtra metus. Stat cardine rerum
Hic anceps fortuna, globum quò destinet Orbis;
Donec in euerſa grauibus ferat vrbe catenis
Vincula Dalmatius, ferroque coercita pubes;

Fors

Fors tum læta patrem, tum romula regna ſequutur.
Vincimus hic: fuga victos arguit: Hæc vbi fatus,
Ore premit voces, vultus tamen aſperat ira;
Murmurat, & vario diſcordat curia motu.
Diditur interea per caſtra, per agmina rumor,
Crebreſcitque: ducum ſonitu mox impulit aures, Criſpi copiæ apparēt è iugis mōtium.
Pulucreo nam viſa procul concreſcere nimbo,
Tum vibrare iugis armorum fulgura nubes.
Quin & foſſa gerens defixo pectora telo
Vallum irrupit eques: dictiſque ante ora ſenatus
Admiſſus fremit, & largo lauit arma cruore:
Dux redeo profugus dimiſſæ in pabula turmæ,
Culpaque nulla fugæ, nulla eſt infamia victo.
Heu properata nimis fœcunda pabula mortis
Legimus. innumera paucos ſtrauere cohortes:
Et circum valles, & culmina montis inundant.
Quis regat, incertum eſt; hoſtis regit. ardua vidi Nunciaturq. ab equite vulnerato & paulo poſt mortuo.
Aërias fulgere Crucis vexilla per auras,
Signaque noſtra ſolo, daciq́ue alliſa Draconis.
Vix ea. ſanguineos diſperſa in vulneris imbres
Deſeruit cùm vita virum. ſubitoque rigentes
Ad terram expirans demiſit pallidus artus.
Attoniti ſiluere duces: ſed Romulus: *Arma* Romulus diſcedendum putat.
Noſtra mouet, inquit, *Superi. Requieſcere quiſquā*
Imperet? Occluſum Peruſinæ mœnibus vrbis
Haud equidē fugimus: trepidantē ſpernimus hoſtē.
A tergo ignotus ſi forſitan imminet alter,
Hunc quoque victores illudimus. vtraque mecum
Vos ſpolia Auguſtoque patri, Martique feretis.
Dicta probant, abitūq. duces. neque diſſidet ollis Cuius ſentētia omnibus probatur.
Turba maniplaris, Latiam ſuſpirat & Vrbem,
Ludentis cupiens bello miſcere theatri
Gaudia.

Gaudia. iamque vagis legionibus Vmbria campos
Præteriere tuos, colleſque, agroſque Sabellos:
Quaque Aniena petunt rapientē flumina Tybrim,
Conſidunt. Mario comitatus, & agmine fido
Non tamen abſiſtit, pergitque ante ora parentis
Romulus. Ingentes agitato pectore curas
Maxenti tumefacta magis tunc ira coquebat,
Et natum damnabat atrox iam ſerâ morantem.
Ingreſſus ſtetit auratis cum pulcher in armis
Romulus venit ad patrē Maxentium. Filius. Vt Solis iaculis vapor, atraque nubes
Sternitur aſpectu: ſic & manſueſcit amato
Indomitus ſub corde furor. Verum ille volutus
Ante pedes, animoque gerens, lacrymataq. vultu
Filij erga patrem obſequium. Gaudia: *Veni*, inquit, *veni Pater. hoſtica ferro*
Mœnia frangebam, frendens vt ouilia Tigris.
Parcere iuſſiſti, parſum eſt. Victoria maior
Eſt monitis parere tuis. comitante rebelles
Nunc Aquilone teram. Vinces Auguſte: latinos,
Poſt mihi quos trades, Mundi moderabere frenos.
Sic ait. at tumidi deſederat ira Tyranni,
Maxentij in filij aduentu lætitia. Mollituſque animos, rabidique ferocia cordis
Vulnera: *Qualis ades?* dixit: *non digna parentis*
Cæſaris ora gerens. Iouis eſt, quam fronte coloras,
Herculea maior, non inuida Martis, imago.
Audeat & quiſquam contra? bella, omnia vincam
Auxilijs iam bella tuis. facis æqua gerentem
Ecce parem Diuis, & non ſuperabile numen.
Dixerat. & caro dat circum brachia collo:
Nec, luſtrando iterum potis eſt, iterumq. tuendo
Expleri, cupidoque haurit noua gaudia viſu.
Ille ſuas tumefactus opes, faſtuque ſuperbo
Fortia collectis iactabat robora turmis,

Atque oculis relegẽda dabat. *Nunc Romule*, dixit,
Tu mecum quæ ſacra Deos, numerandaque cenſu
Arma vocant, iuxta placito venerabere voto.
Namque inſtat, rabiduſq. parat certamina prædo,
Effunditq. acies campo moriturus aperto.

Sacrificium Maxẽtij antẽ cenſum exercitus.

Hæc vbi; ſacrilegis ſtatuit ſolemnia ſacris,
Ipſe Ioui iuſſos & mactaturus honores.
Iamque miniſterio pubes accincta cruento
Aſtabat: qui thura manu, qui ſimpula geſtant,
Et ſalis aſperſi, toſtique piamina farris:
Qui lances, pateraſque, vrnaſque, & luſtrica fontis
Aſpergilla ferunt: latoque ſeceſpita ferro (nes:
Quos grauat, & dolabræ, figendæ ac fronte bipen-
Quique animant teretis ſonitu ſpiramina buxi,
Fiſtulaque exercet pueros modulata canoros.

Inſtrumenta & ea, quæ opus erant in ſacrificio.

Et iam ſurgit humo, pedibuſq innixa quaternis
Mobilis ara focos, & prima incendia nutrit, Ara.
Magnaque floriferis ſe victima cornibus infert Victima.
Taurus, & aduerſo ferientem lumine ſolem
Vertice fulgentis lumen quoque verberat auri.
Ipſe operaturo cinctus Rex tempora velo
Pontificum de more preces, & priſca reuoluit
Carmina: tangentemque aras, & vota nouantem
Impia Tyrrhenus lituis reſonabat eburnis.

Maxentius more veterũ Cæſarũ Pont. Maximus.

Tu quoque farre caput ſpargis: tibi thure ſabæo
Victima luſtratur: tu delibata falerni
Pocula diſpergis, taurinaque corpora cultro
Deſignata iubes valido procumbere ferro.

Ritus circa victimam.

Nec mora. torquentes immani mole ſecurim
Obſeruata popæ certatim in vulnera ſudant.
Nudarunt alij & limphis lauere iacentem.
Spumantem pateris pars infudere cruorem:

Eiuſdem cædes.

Viſce-

Viſcera pars calathis, diſſectaque mēbra vehebāt,
Sacrilega oblatio.
Et flammis abolenda ferunt. fumantia plenis
Reddidit ille focis. Sed tu periture ſacerdos
Abſumis tua vota magis. Prope culta ne fando
Ore Superſtitio, iuxtàque accincta coquebat
Tiſiphone oblatos artus, & ſanguine mixtos
Dona crematuris ſubiecerat ignibus ignes:
Ab extiſpicio infauſta prædicuntur Maxentio.
Calcibus incuſſam mox & furialibus aram
Diſiecit, ſparſitque focos, & ſacra remouit.
Horruit aſpectu, qui *prodigialibus extis*
Supremam ſpirare diem clamarat Aruſpex,
Atque pares tauri domino decurrere caſus.
Ille ferox ſpernit pauidos, vimque excitat ira:
Seque Iouemque ſimul cupit, execratus, & amens
Emeritos abolere Deos. Iam verſus ab aris,
Ire occaſuras iubet omni ex ordine gentes,
Legiones è finibus imperij.
Luſtrarique viros, viſuque obtendere Martem.
Primus agit fortes Aſiano ex orbe maniplos
Galba ferox, regnis atauos & ab vſque ſeueros
Qui poſt Neronem regnauit.
Galba tuis reuocans, terna legione cohortes
Explicat indomitas, rapidi trans flumina Tigris
Nam Parthi ficta fuga vulnerabant.
Quæ profugos docuere fugam nō fingere Parthos:
Armeniuſque ducem pugnantem expauit Araxes.
Altera tum Syriæ non ſegnior arma mouebat
Legiones Syriæ.
Regulus. auſpicijs qui Maximiana ſecundis
Imperia & faſces, violentaque caſtra ſequutus
Perſica nocturno proſtrauerat agmine bella,
Victricem domino gaudens attexere laurum,
Quam ferus eoo nutritam ſanguine Cæſar
A quibus oriundus Probus Imperator.
Fecerat. Inde Probus ducebat in agmine turbas
Pannonijs celebratus auis, qui propter Idumen
Milite palmiferas ſolitus defendere terras,

Inſidias

Inſidias Arabum Nabathæis luſit arenis. Legio Paleſtinæ.
Hinc & Cappadocum qui fortunata tueri
Frugibus arua ſolent, & iniquo frigore brumæ Cappadociæ.
Hibernum ſcythico vallum prætendere Tauro.
Qui Ponti mirantur opes, Euxinaque late Legio Pontica.
Æquora proſpectant. Aquilis victricibus aſper
Hic Rufine præis: ibi Lollius imperat audax.
Hæc adeo abſtuleras inuitis gentibus arma,
Labentemque Vrbis latiæ firmare Tyrannum Galerius Maximianus iunior.
Maximiane iubes. nam fidi orientis ab oris
Auxilia implorat Maxentius. Aurea ſigna
Vt vero aſpexit, cuſtodis & arma iuuentæ,
Dilectiſque ferens Prætoria iura maniplis Prætoriani
Inſultauit equo Ceionius; auſa tumeſcunt: Vrbis milites Maxentium
Elatuſque magis ſpe luditur. *Ite potentes* præ omnibus
Debellare manus, inquit; *Non Roma, nec ingens* tutati ſunt.
Auguſtus tali auxilio per inertia nutet
Agmina. tu Cæſar ſcelerum, tu barbare prædo
Strate cades, victos iactantior ante Britannos,
Quod ſternet Romana cohors: neque mortis honorē
Iuſtus ego inuideam Sic amens pectora vanis
Paſcit imaginibus, votis & inanibus implet. Italiæ auxilia
Incedunt vna ex Italis quos finibus addunt
Inuiti quamquam populi, genteſque Latinæ:
Ipſaque ſepteno legit de culmine Roma:
Fida regit princeps, generoſaque Martius arma.
Interea Germanæ acies (namque ire paratis Exercitus Romuli.
Iuſſerat ordinibus deſerti Anienis ab vndis
Romulus) inſtructis reſonant certamina turmis.
Aſpicies, inquit, *genitor, quæ fulmina belli*
Perpetuo cudère gelu, niuibuſque rigentes,
In tonitru, & flammas conformauere Triones.
Ille,

Ille, viden? breuiore vehit generoſior aluo
Quem ſonipes: cui terrificam vomit ærea lucem
Caſſis, & alta iubis cereali vmbratur ariſta,
Albaque triticeos imitatur criſta maniplos,
Sarmaticas equitum Lesladius explicat alas.
Carpathijs gens clauſa iugis, trans pannonis Iſtri
Flumina, Riphæas medijs Aquilonibus arces,
Hinc & hyperboreos terrarum in vertice montes,
Camporumque immenſa colit. Quà Iulius aras,
Quàpoſuit Macedo, Tanaiſque rigentibus vndis
Nerea perrumpit ſcythicum: quà Viſtula curſu
Auerſus pelago glaciantem conijcit amnem.
Arma Auguſte vides armis ignota latinis,
Nunc hoſtes arcere procul iurata fugaces.
Comminus incuruos enſes, habiliſque politum
Læue ſecuris onus vibrant, & robora clauæ,
Cuſpidis & longas non euitabilis haſtas.
At qui fulgentem ſquamis inducit aënis
Textilis argenti chlamydem: ſtellatus & auro,
Gemmeus ac niueo diſcriminat vltima limbo;
Chroternus regit arma ſuos in fortia Danos.
Nullum palma petit bello magis. arua tueri
Itala feſtinat; ſimilis nam finibus oræ
Hinc atque hinc ſcindens borealē cimbrica Thetim
Extendit geminas ſe Cherſonneſus in vndas:
Vnde olim Romæ exitijs Italùmque ruina
Fœtus ab oceano, gelidique ab littore mundi
Cimber inundauit; Mariani at turbinis igne
Fixus aquis riguos impleuit ſanguine campos.
Conſtantine tuis iam funera digna cateruis:
Itale portat opem, regnum tibi Roma perennat.
Cingitur ære caput, quo terga & pectora nudat:

Sarmatæ quorum olim duplex, & latiſſima regio in qua nūc Poloni, & finitimi degunt.

Dani è Cimbrica Cherſonneſo.

Cimbri cum venerunt in Italiam à Mario Coſ. victi ſunt.

Corpo-

Corpora tutantur clypeis; micat enſis in hoſtem
Longior. haud franges aciem, ſi comminus arcto
Milite conigeram preſſat cuneata phalangem.
Hinc manus exultat, pugnaq. aſperrima clamat
Tempora. cerne viros, & formidabile ferro Gothi ex eadem Cherſonneſo.
Agmen. ab extremis romana trionibus arua
Indomiti venere Getæ. Terra ampla feraces
Explicat aut campos, ſyluis aut paſcit opacis
Robora, & aërio manantia nectare mella:
Seu laxat piſcoſa lacus, ſeu parturit amnes,
Aut tremit oceani tumidos ad littora fluctus;
Quæ rigidas gentes glaciantibus educat oris,
Et cupidas mutare ſolum, ſolemque calentem
Quærere, & in populos miſeras diffundere clades.
Nunc autem Romæ auxilio, quas vertice mundi
Axis habet terras, atque intractabile cœlum
Deſeruiſſe iuuat: monteſque, vbi mobile plauſtro
Limen agunt, patriamque vago diſcurrere tecto,
Aut humiles habitare volunt ſub cortice ſedes.
Ah ne terra nimis te mitibus aduocet auris
Itala: natiuo ſatis eſt, quod clare metallo Gothi è ſuis terris profecti Italiam vaſtauerunt.
Protegis Oenotriam: ſæuis Gothe certa ſagittis
Vulnera quod ſpargis: quodque inſpicata lacertis
Spicula contorques, & inumbras æthera telis:
Et gladijs grauibuſque hoſtem ferus irruis haſtis.
Vince: tuæ repetas cynoſuræ at frigora victor:
Dux ſeruare fidem doceas Damarice nepotes.
Aſpice Pannonias gentes, tonſamque iuuentam, Pānonij, ſiue Hungari.
Et ſuper intacto porrectum vertice crinem.
Munera non vſquam fœcundo vberrima fœtu
Aetheris ingenio, ac terræ fœlicibus aruis Pānonici ſoli ſitus, & fœcunditas.
Effudit Natura magis. per aprica locorum

Pingueſcit generoſa Ceres, tumidumque Lyæi
Dulcis alit nectar bicoloribus vua racemis.
Quaque ſuis nemorum curuantur brachia pomis:
Quà ſuperant pecudes, & læta armenta per agros.
Illa ferax auri tellus: auroque fluenti
Ad ſua collucenet pretioſæ flumina ripæ.
Nec minus argento, totiſque inſtructa metallis,
Natiuiſque ornant ſola ſe ditiſſima gemmis.
Pannoniorũ habitus, vires, & arma. *At populi audaces certatim effingere bello*
Corpora. membra ſagis velantur fortia rubris,
Stringit vtrumq. latus, cincturaq. concolor ambit,
Et varium curua ſuſpendit acinace lorum:
Endromis intorto tum laxior induit auro.
Formidata gerunt, gracilis ſed pondera claua:
Cui conuexus apex, læui globus ære tumeſcit,
Et circum poſito tenduntur acumina ferro.
Pars pedes inuehitur: pars agmina cingit equeſtris.
Vallicus ante micat pinnis dux clarus, & armis.
Translatos genitor iam Romæ ad ſigna Dracones,
Daci, nunc Tranſiluani, & finitimi. *Et bellatores ſignabis in agmine Dacos.*
Pannonios, Iſtrumque vltra ſyluoſa relinquunt
Quomodo habitant. *Iugera, pars veteres turmis popularibus Vrbes,*
Et regionis natura. *Oppida pars habitant: largiſque fluentia venis*
Siue metalla, ſolo Cereris ſeu dona reportant,
Et ſpatioſa replent ſuperantibus horrea culmis.
Pars montes, ſaltuſq. colunt; quibus aſperat æuum
Victus inops: tenui fabricatur arundine limen.
Nec tu olim bello domitos Traiane videres
Quos ego fœderibus deduxi in prælia Dacos:
Nullus captiuo violaret corpora nexu:
Arma Dacorum. *Dulce quibus cadere eſt, aut vincere. vincere fortes*
Priſca monet, magna tollunt quam mole, ſecuris,

Nec

Nec deuitato vibrant in vulnera ferro.
Non certaret equis eurus, pernicibus alis Et Equitatus
Cum præit, aut rapto nubes premit imbre volātes.
Drabalus ante ſuos niueis exultat in armis,
Quodque haſtile manu criſpat, iam conficit hoſtem.
Nec minus ardeſcunt chalybemq. exuta ſonātem
Agmina conſpirant noſtro Germanica bello. Germanorũ variç gentes.
Aſpice pugnantum ſpecies, electra comarum,
Collaque inumbrantes, & candida tempora crines.
Scuta ornant lunata viros: tum nunc in pugna
Obiecto magis ingeminat vox fracta metallo. Arma Germanorum.
It rarum enſe latus: ſed crebrior impetus haſtæ;
Cuſpidis anguſtæ framea eſt: telumque coruſcant
Eminus inſerto, ſeu comminus vtile ferro.
Hoc eques: at iaculo certat pedes, vndique cornus
Miſſilis, aut arcu reſonat lethalis arundo.
Stant cuneis compoſitæ acies, clypeiſque teguntur.
Illi autem, galeis quos lauibus, ardua pennis
Criſta coloratis, & murice pingit amictus,
Dant monitus, & iuſſa Duces. Ille increpat Albim
Sæpe reluctantem: fluctus hic vortice prono,
Frenaque Vindelici moderatur diſcolor Iſtri:
Hercynios ille in ſaltus, ſyluamque profundam
Tollitur imperio: Rheni iacit ille ſuperbum
Inſultans ripis vndantia iura per amnem:
Alter agit Cattos: agit alter in arma Cheruſcos:
Temperat ille Quados: huic Marcōmanne feroces
Duxti ad ſigna manus: totis Germania regnis
Vaſta ſuās tibi Cæſar opes, & ſanguine fœtos
Effudit metuenda ſinus. Non audeat hoſtis
Titanas tentare nouos: figatque pauentem
Vox audita, prius valido quàm ſpicula ferro.

Sic acies ſæui in nomen genitoris ituras
Romulus oſtendit. videt ille, bibitque doloſo
Ebrius obtutu ſpem belli, animoque minaces
Nequicquam tumido fidentior aggerat æſtus.
Cibo, & quiete curantur corpora Maxentiani.
Finierat. ſua dimiſſæ tentoria gentes
Cum ſubiere: dapes ineunt, epuliſque calentes
Defuſo cyathis iterum certare Lyæo,
Hoſtileſque volunt pateris immergere turmas.
At reducem natum & mandentē fauſta Tyrannum
Accipiunt velis conopea fida repoſtis.
Ibat in amplexus, iterumque in colla ruebat
Illacrymans. *Nunc falce meos ſi demetat annos*
(Dicebat) *Libitina ferox; occumbere patri,*
Regnatum liceat tibi tradere Caſaris orbem.
At refer, vt dubiæ per tanta pericula vitæ
Nate mihi viuas. Iter, atri ac vulnera belli
Noui equidem; nam fama canit, Mariuſq. petenti
Geſta refert. tamen hæc iterum verſare parentem,
Teque, iuuat, memorante, tuos audire labores;
Quamquam ſydereis te pridem adiecimus auris.
Hæc loquitur. dictis tum Romulus ora reſoluit.

CON-

CONSTANTINI
LIBER XI.

ARGVMENTVM.

Romulus Maxentio patri exponit quid ſibi longis viarum erroribus acciderit. At recepto cum copijs Dalmatio, & Criſpo, Conſtantinus de victoria cogitans cenſum habet militum. Tum vim cœleſtium auxiliorum ab Antiſtite ſibi expoſitam audit.

Non mihi ſola pater tribuis dulciſsima lucis
Gaudia, labentis non tantum hæc munera vitæ;
Imperium tu magne paras: tu maxima Diuo
Sydera donaſti, templum largitus, & aras.
At vitæ ignarus noſtræ cœleſtia nato
Dona dabas, Diuûmque choros: & Iuppiter orbis
Diſpenſas habili terras, & ſydera dextra.
Viuebam: nec me latijs aſcribere Diuis Nonniſi poſt mortem fiebat cõſecratio Cęſarum.
Fas erat vrbano per ſacra incendia campo.
Nam Veronenſis fugientem prælia noctis
Accepit nemoroſa domus: ſyluæque cohortem,
Syllanumque vna texere ſilentibus vmbris.
Ille at inaſpectas tenebris inuoluit opacis

Proditor inſidias: ſtrictoque in viſcera ferro
Fuga Romuli ne occideretur. *Noſtra ruit. luſi, fateor, telumque latronis*
Obiecto impauidus ſaltuque fugaque remoui.
Syllani mors. *Ille dedit pœnas, qui noſtra ſimillimus ora*
Me quoque mentitur pereuntem; vt funera longe,
Turritamque pyram, ſacroſque attolleret ignes
Roma: Deûmque, Pater me iuſta in vota vocares.
Veni equidem, Mariuſque comes, fiduſque viator
Mecum intendit iter. magici velamine texti
Cum gemini exuimus rubicundam flore iuuentam:
Crinaleſque niues, velluſque informe ſenectæ
Falſa fama de morte Romuli. *Dilexi. Admiſcens veris nam falſa per vrbes*
Fama canebat, vti ſcelerum Syllane tuorum
Primus ego tulerim furias: natique cruores,
Infandi capitis pœnis Auguſte piares.
Aſt ille occiderat: tua me per iuſſa necabas.
Et nimis, ah genitor, iuſti reuerentia leges
Mouit acerba tuas: medio nimis aſpera campo
Vltrices expertus ego mandata per iras,
Aſcendi arſurus molis tabulata rogalis,
At vidi extinctos ſemiuſtus ab imbribus ignes.
Hinc age iam fœlix rerum mihi panditur ordo:
Et tua collectos traduxi in claſsica Reges.
Poſtquam improuiſo me pyramis ignea nimbo,
Feraliſque thorus demiſit; ab aggere ſummo
Diſcedit Romulus per Tiberim vectus *Proxima deueni tumefacti ad littora Tybris.*
Tempora nata fugæ Marius, tutumque canebat
Flumine remigiū, volucremq́ in margine cymbam,
Et tempeſtiuis condentem fercula menſis.
Scandimus: itque ratis, viſæque recedere ripæ.
Nauta Cymbæ paratus. *Tiphys erat, qualem rudibus prior actus habenis*
Inuideat pelagi currus: ſubigenſque carinam

Sul-

Sulcatis innare vadis; Mecum, inquit, aquarum
Soluite iter profugi Heroes: non Palladis arte
Sic pernix abies Nerei perlabitur vndas:
Cymba velut noſtris decurrit ad vltima remis
Aequora, & immenſum dimẽſa ſuperfluit Orbem.
Nunc veſtris properare Dymas me curſibus alno
Imperat. Oenotriæ reduces quos Adria velis
Reſtituet bello grauibus, referetque triumpho.
Has dederat voces, ac flumine vecta ſecundo
Pinea texta regit. Iam vidimus Oſtia Tybris, Romana ora maritima.
Et quondam infidum populantibus æquora roſtris
Antion: Vſentemque maris liquida arua petẽtem; Ante Aſturã, deinde Vſẽſem Romulus offendit.
Et fauces Aſtura tuas. Iam littora Circes
Curuato ſublata iugo, frondoſaque lucis:
Et mox aërias ſcopuloſi radimus arces Terracina.
Anxuris: & curſu tenues ſuperamus Amyclas: Vrbs vetus prope Fũdos.
Tum Læſtrigonias rupes, & amœna viretis
Iugera; tum moriens quà viuit in æquore Liris. Populi antropophagi vbi Phormiæ, nunc Mola.
Inde tuos Caieta ſinus, proiectaque circum
Saxa repercuſſo luctantem Prothea fluctu;
Humenti Vulturne ſecas quà littora cornu, Caieta.
Tectaque, Romanos ac perluis amne colonos: Vulturnus fluuius Capuam interfluens.
Chalcidicæ Cumana ſedent quà mœnia gentis. Cumæ.
Hinc & Miſeni tumulos, ſinuoſaque Baÿs
Cærula: Parthenopes hinc præterlabimur arces: Neapolis.
Cæſaris & Capreas ſenium crudele tegentes. Capreæ Inſula vbi vixit Tiberius.
Pomiferique Siler qui temperat arua Salerni,
Mergitur ante oculos: ventiſque vndantia latè
Oſtendit nemora, & rigidos Lucania montes.
Iam picturatis & vos Pæſtana roſetis Lucaniæ, & Calabriæ ora maritima.
Littora nequicquam paphios afflaſtis odores,
Pinus abit, quà condis aquis ſublime profundis,

Promontorium Palinuri. *Ac tollis Palinure caput. Iam turgida velo*
Alnus inæquales Calabrum, plenaſque refugit
Autumni grauis, & Bacchi bicoloris arenas.
Spumoſa horruerant latrantibus æquora ſaxis;
Scylla in freto ſiculo. *Huc at verte oculos, Scyllæaque virginis ora*
Suſpice (nauta refert). ſimulata in pectora cautes
Eminet: exeſis ſubter ſcopuloſa cauernis
Antra latent, vndaſque bibunt, reuomuntq. ſonātes,
Et canibus, ſe ſeque lupis vlulantibus implent.
Promontorium Siciliæ Italiam verſus. *Dextera Sicanium Doris violenta Pelorum*
Percutit. at fluctus medio ſuſpenſa voraces;
Tortaque vorticibus, vaſtoque abrupta Charybdis
Vorago freti ſiculi. *Gurgite pugnatas voluitque, rapitque carinas.*
Puppis in aduerſo, ſed noſtra citatior æſtu
Extrema Italiæ pars Ionio mari finitima. *Cernite, pulſa volat, pelagoque vadiſque ſupremæ*
Innatat Italiæ: liquidæ cui finibus oræ
Panditur Ionium; faciles vbi verſa per auſtros
Remige findit aquas, ſtratiſque animoſa procellis
Incubat, Aegæos accedat vt hoſpita fluctus.
Nunc Albania. *Hinc Epirus equis gaudet: pontoque recedens*
Alcinoi iactat læuos Corcyra penates,
Inſulæ in Ionio. *Pomoſiſque opibus viridantes educat hortos.*
Hinc & Neritiæ rupes: elataque propter
Tecta Cephalenûm: ſyluis & opaca Zacynthus:
Et Strophadum fœdis violata volucribus arua.
Vbi vetus Peloppōneius, nunc Morea. *Ecce tuas circum iam Græcia voluimur oras:*
Radimus & montes dorſo maria alta ſecantes.
Promontorium Lacconiæ in Peloponneſo, cuius antrū dicebatur pertinere ad inferos. *En caput infœlix Maleæ, cuneatus & vmbris*
Tænarus, & vaſtæ prorupta in Tartara fauces;
Nec longe rigidi Spartam coluere Lacones.
Dextera Carpathio ſceptris ſe Creta profundo
Extulit, & valles fœcundat, & vbere montes.
Cycla-

Cyclades hinc innare fretis: totqueobſita natis
Frequentes Inſulæ in Ægeo.
Inſtabilem ſcopulis circumdare littora Delon;
Noſtraque in Aegæo feſtinat gurgite pinus:
Et media hinc Aſiæ campos, hinc ſpectat Achiuos.
Non equitat ſic auſter aquis: ceu terga ſubacti
Aequoris iſta meis Argo percurrit habenis.
Nec breuis anguſtã Nereus mihi fluctibus Hellen Helleſpõtus.
Verberet, aut auidi fauces arctentur Abydi.
Vrbs Aſiæ in littore Helleſponti.
Ingredior, cæſis quà procumbentia ſyluis
Perſa flagellato commiſit robora ponto,
Xerſes diſrupto ponte Helleſponti iuſſit aquas verberari.
Suſpenſaque freto dodonia pondera molis.
Hinc ſubit effuſa laxata Propontide tellus,
Et curuis aperitur aquis; Bizantia donec
Oſtia compreſsis anguſtet Boſphorus vndis.
Mare Euxinus poſt Helleſpontum.
Hic verò quamquam veteris ſtant mœnia gentis,
Neſcio quid motis agitant oracula Delphis.
Nam fore romanis prædixit ab arcibus augur,
Arctũ mare poſt Propontidem. Vbi Bizantium, quæ vrbs aucta à Cõſtantino, & noua Roma dicta.
Qui Bizantinos tollens ad ſydera faſces,
Imperia, & latios æquabit Cæſar honores.
Vrbs age, Roma oriens, & ſol Orientis, in Orbem
Auguſtum molire iubar: neu cede nitori,
Infœlix Scythicæ ſi quando minantia Lunæ
Cornua pallentem miſcebunt lumine noctem.
Sic ait. impellitque ratem: fauceſque relinquens
Pontica velifero deducit in æquora curſu.
Pontus Euxinus vltra Boſphorum Thracium.
Tertius Eoos iter intendebat in ortus
Lucifer, attollenſque facem comitantibus aſtris,
Nos etiam pelago non ſegnius afflat euntes.
Sed iam nulla viam Tethys dabat: vltima claudit:
Et ſpatium lymphis ſuperat fluuiale marinis.
Eſt locus, Euxinis quà Rex aquilonius vndæ
Danubius in mare Euxinũ effunditur.
Danubius ſe credit aquis, tumidaque recuſſum
Mole,

Mole mari ſimilis pulſat mare. proſilit vnà,
Germanæ quodcumque niues, è rupibus altis
Quod glebæ tribuere gelu glaciemque rotantes:
Myſia quodcumque hibernis, quod Dacia, nimbis,
Pannoniæque infudit hyems. ſtupuere frementem
Aequora, & aduerſas feriunt refluentia terras.

Cymba Romuli ingreditur oſtia Danubij.

Huc agitur, plenoque ratis ſubit oſtia lino.
Nec minus vrget iter; quamuis ſe turgidus inſert
Aſſultatque vadis contra luctantibus Iſter.

Myſi, an Mœſi populi ad Iſtrum, & Euxinum.

Læua tenet Myſus montanis aſper in oris:
Tum fera biſtonias Thrace miſſura ſagittas
Inferiora premit. rigidis at dextera campis

Thraces.

Frigora durauere Getas, ſuetoſque niuali

Vltra Danubiũ vbi exulauit Ouid.

Pōdere plauſtra ſuper glaciantem ducere pontum.
Tum ſe Dacus agit; ſyluis aut ille profundis
Montibus aut celſis gaudens: cui pinguibus aruis

Dacia, nunc Trãſyluania.

Nutrit culta Ceres, fœcundaque flauet ariſtis:
Candida vel ſaturos paſcunt armenta per agros.

Pãnonia, ſeu Hungaria.

Hinc iuga Pannoniæ, dilectaque rura Lyæo
Cernimus, & validis præſeptas mœnibus Vrbes.

Non longe à Dacia.

Quaque ſagittiferi dominantur Iazyges: & qua

Dalmatia.

Illyris adriacas ſe læua inclinat ad vndas,

Supra intimũ Adriæ ſinum.

Pugnaceſque potens opibus complexa Liburnos.
Iamque locos aperit venientibus auſtrius Iſter,
Nuper, vbi caſtris latius Germanica miles
Bella obſeruabat Fabianæ ad tecta Viennæ.
Huc vero quoſcumque tuo iam tendere vallo

Germani, & Sarmatę moti contra Cõſtantinũ domitis ab eo Francis, & alijs Germanis.

Spectas ò genitor, tum bellica ſigna ferebant,
Et coniuratis collecta trionibus arma.
Quippè volans circũ, trepidas Aquilonis in arces
Fama renarrabat: domitis vt Flauia Celtis
Nexuerat virtus Rhenum ſua vincla gementem.

At

At tuba terrifico gelidum clangore per axem
Impulit vnanimes. furor vndiquè, & vndiq. ferrũ:
Inceſſuntque animis hoſtes ferıuntque Britannos.
Conuenere. fremunt: ſtatque, vltro occũbere morti
Germaniſue trucem populis arcere Tyrannum.
Dux deerat. ſed enim cantu quæ fundit anhelo
Prodigialis anus dubijs oracula rebus, Eas anus adhibitas in rebus gerendis ſæpe legimus
Illa Ducem dixit melioribus affore terris:
Sic agitare Deos, & proſpera poſcere bella.
Audiuere omnes, atque aſſenſere canenti.
Venerat alma dies, quæ feſſum errore viarum
Iſter amice tuis me reddidit vltima ripis.
Incertaſque trahunt ſuper ipſa altaria ſortes.
Vix adeo cecidere; furens cum fœmina, Ductor
Expectatus adeſt, clamat. fluuium ite, ferentem
Quærite: bellator pugnacem proferet Iſter.
Nec plura his turmæ accelerãt, fluuiũq. coronãt.
Littore iam ſtabat puppis; cùm nauita, gentes Romulus appellit ad ripam Iſtri, & exponitur.
Ecce, ait, expectant venientia Principis ora.
Romule quid ceſſas? nec apertæ illapſus arenæ
Imperio aſpiras, ſuperiſque vocantibus audes?
Vos ſuper arctoo dominantes culmine reges,
Excelſo numquam vos aſtra cadentia mundo
Fatalem Auguſti ſobolem cognoſcite Solis.
Imperet hic, quẽ ſceptra decent, qui fulmina portat.
Dixit; & auerſam direxit flumine proram.
Namque ambo egreſſos, & adhuc ignota tenentes
Littora circumſtant acies, placidæque ſalutant.
Inde vbi Romuleum nomen, generiſque reluxit
Splendida maieſtas; regeſque, duceſque coactum Romulus cognitus à Germanis.
Concilium de more iubent. venere frequentes,
Horrifici ſquamis humeros, & pectus aënis.

Ipſe

Ipſe aderam, ſolio mediuſque locabar eburno.
Tum grauis eloquio, ſceptroque: & maximus æuo
Vindelicis qui iura dabat Rouilelmius, ore
Incipit: Ingenium noſtri ſi Romule mundi
Aſpicis, & ſummo numquam morientia cœlo,
Sydera: Germanis etiam pereuntia terris
Non vmquã imperia, atque eadẽ manſura videres:
Tu modo nec princeps Regum colerere ſenatu.
Non Flaui ſolum ſtrages, auidumque Britanni
Raptoris ſcelus, ac prædam execramur inultam;
Odimus æque omnes, genus implacabile, natos
Cur Dux ab *Romanæ catuloſque lupæ. ſed numina Diuùm*
illis eligatur *Te mittunt manifeſta Ducem. Quæ pectora Diuùm*
Relligio non hauſta mouet? Nos gentibus æqua
Frena damus: vibrata Ioui nos fulmina frenant.
Parendum cæli monitis. Tu iuſta trionum
Hic iam bella reges, Italos oblitus, & Vrbem:
Nos tecum inſontes victricia vertimus arma.
Dixerat. Ipſe animis anceps, & multa volutans
Romuli oratio ad Germanos. *Hærebam: tum verba dedi. Digniſſima pœnis*
Odiſtis ſcelera, & meritum peiora Tyrannum
Obruitis bello Reges, clariſsima Regum
Lumina. dira fames, prædatoriſque latronis
Me quoque ſollicitant raptus, vltura per omnes
Arma ſequi gentes, veſtroque incumbere Marti.
Accelero, quocumque vocat, nullæque morantur
Ire plagæ, atque oculis alium prætendere ſolem.
Nec patrius me tangit amor. Vos eſte parentes
Principis. Interea, ſi vox placet hoſpita, veſtris
Armorum hic facibus, cur ardet inutile bellum?
Hoſtis vbi raris expectat prælia caſtris,
Aridaque effœtos victoria conteret annos.

Longe

Longe hinc raptor abeſt. & iam nutantia Romæ
Culmina forte manu, & ſeptē quatit impius arces.
At ſi veſtra Duces armis glomerabitis arma;
Occidet imbellis, qui nunc male fulminat hoſtis.
Quod niſi fertis opem: vellitque à ſedibus Vrbem?
Flauius incuſſas victor non auferat arctos? Victa vrbes aliæ gentes victori non reſiſtunt.
Ceu quondam anguifero fugere Typhëa telo,
At mergenda lues Tiberi eſt. vbi præmia virtus
Afferet. imperium meritis vbi Roma regendum,
Et iuga ſeptenis ſeptena trionibus addet.
Ludicra tum ſcenis, plauſum tum feſta theatris,
Atque effuſa dabit celebri ſpectacula Circo.
Vos illæ implorant ſedes, vbi plena voluptas
Deliciјs, populique opibus torrentibus vndant.
Quod ſi longa duces vexat via; denſus apertis
Miles eat campis: Reges ſua regna reuiſant.
Aſt omnes complexa pari victoria lauro,
Hoſtis ab exitio pacatum diuidet orbem.
Nondum finieram, Mulier cum lumina torquēs Rudes & barbari his præſertim mouentur.
Sanguinea, expiranſque ignes, atque ore fauillas,
In ventos diffuſa comas, enſemque cruentum
Ingyros per inane rotans: Sic arma rotantes,
Italiam, dixit, cunctaſque excindite gentes. Oblato, & mactiſo puero.
Alcides anima impubi modo cultus ad aras
Ignibus admonuit: vates ego maxima pando.
Ite, ſuos, cæſis ſubmittet prona, Tyrannis,
Roma procul faſces: ſternet longinqua viarum
Illyris: accipiet placabilis Adria claſſes.
Qui Diuos audire negat, cadet hoſtia Diuis.
Horruerant patres, tremefactaq. Curia mōſtris:
Tum clamant: mora nulla: Deos audire loquentes
Quis refugit? profugū iuuat vltro īcurrere in hoſtē.

Diditur

Diditur extemplo commota per agmina rumor,
Italiam fatis, & Conſtantina petendum
Prælia. deſertis vellunt tentoria caſtris
Atque ineunt ſine lege vias: amor vrget eundi,
Speque graues nectunt in Flauia colla catenas.
Et iam pannonicæ ſuperatis finibus oræ
Itur in Illyricas denſa legione nouales;
Hinc ad littoreos, pelago reſonante, Liburnos.
Stabat, & intentis Boreas in carbaſa pennis
Increpat armorum claſſem iam ſerò morantum.
Tanta quis adriaco volitantia carbaſa ponto
Mouerit, haud notũ eſt. optant nautæque duceſque
Subuectare viros: Cereremque, penumque refertis
Depromunt adytis: aſcendimus: æquora late
Preſſa gemunt vaſto fluitantis pondere belli.
Prouehimur, ſpumantq. vadis, fluctuſq. dehiſcunt:
Ventorumque animæ motis velocius alis
Picena impulſas ſtatuere ad littora puppes.
Hinc ego percuſſos inopino turbine muris
Occluſi, miſique hoſtes; tua magne ſequutus
Iuſſa parens, Roma arctois vt vinceret armis.
Sic adeò eloquitur. Genitor cum mille volutans
Gaudia: *Pugnacis video auxiliare Dymantis*
Carmen, ait, *dextramq. potens qua compulit vndas,*
Vexit & ignotas peregrina per æquora puppes.
Te mihi conſtituit reducem. Vix fatus, & altis
In foribus ſtetit ecce Dymas: veliſque reductis
Ingreditur; ſtupuit iuuenis, riſitque Tyrannus.
Ille ſolo allapſus geminos veneratur, & ore
Affatus iuuenem: *Cæſar tibi, fauſta parantem*
Ecquid, ait, *famulum noſcis, per longa ſequutum*
Et maria, & terras? qui te populantibus artus
Eripui

Germani cũ Romulo mouent in Italiam.

Iter ad mare Adriaticum.

Nam ſuperueniens prone Dalmatũ oppreſſit.

Eripui flammis, merſique rogalia nimbo
Robora; vectoremque dedi, qui tramite certo
Imbellem regeret per regna liquentia pinum:
Rexi fœmineas voces, ſorteſque coëgi;
Vt cynoſura volens quot ſe tibi ſubdidit aſtris,
Subijceret totidem, terrarum ſydera, Reges.
Romule, quod ſupereſt, venturæ in præmia palmæ
Centuriata moues furiarum examina: raptis
Cum populis Acheronta reges. Quid Flauius hoſtis
Par habet? incaſſum Labari mihi ſanguine velum
Purpurat: Aureli ſitiunt ea ſigna cruores.
Tu victis patre cum magno dominabere terris.

Tumida Dymātis rerum ab ſe geſtarū commemoratio.

Sic geminos ludit mendax, & vana tumentes;
Nec plura alloquijs agitant; ſpes implet inanes:
Inde animos addunt operi, turmaſque reuiſunt.
Inſtaurare dapes, epuliſque, meroque iubebant
Corpora venturo diſtenta efferuere Marti:
Tum clauſa errantes accire in lumina ſomnos,
Poſteraque immanes in prælia cogere vires.
Illi inſtant menſis: onerataque membra reſoluit
Nocte quies, ſtratos & languida roborat artus.
At Conſtantinis pugnæ diſcrimina caſtris
Ordiri par cura fuit: nec Cæſaris ore
Hortamenta volunt: ſe quiſque impellit in hoſtem.
Tū quoque Dalmatius Peruſino è monte cohortes
Duxerat incolumes, & Cæſaris ibat amatos
Frater in amplexus. Tum magni in colla parentis
Criſpe ruis: Libycas cui mox ex ordine turmas,
Æquorea & raptos numeras de claſſe maniplos.
Ergo ingens animis, dilataque bella peroſus
Vltima molitur. Structis ante omnia turmis
Ire Duces mandat Cæſar, valloque receptis

Apparatus pugnæ in caſtris Conſtāt.

Arma

Arma iubet forteſque viros effundere campis.
Iamque albeſcenti metuens noua lumina cœlo
Aſtrorum è vigili cuneos ſtatione vocabat
Lucifer. illa ducis ceu conniuentia parent
Imperio, & furtim dubia iam nocte recedunt,
Cedentem comitata ducem. præit aſtra niuali
Ille inuectus equo, clauditque nouiſſimus agmen.
Infremuit lux prima tubis: mox timpana pulſu
Ingeminant ſonitus: ſonitus dant ſquamea ferro
Ornatus armorum exercitus Conſt. Agmina: tum colles, pulſuque remurmurat amnis.
Iamque ſolo exultat, domini iam preſſus habenis
Cingentes aciem ſonipes ſe format in alas.
Tum denſa legione pedes, clypeataque pubes
Aurea diſcretis ſequitur vexilla maniplis:
Quiſque ardens ſiue ære ſonat, ſeu fulgurat ore.
Ipſi auro gemmiſque duces oſtroque coruſcant:
Inuitantque iubis agiles nutantibus auras.
Sacrificium ante cenſum exercitus. Ponitur ara Deo; patreſque ad vota frequentes
Conuenere, faceſque adolent: dat thura Sacerdos
Et iuxta Labarum, medioque attollitur auro.
Flauius huc precibus, pauidoque aduoluitur ore:
Pronus & inclinat demiſſa exercitus arma.
At Cæſar; *Iam tempus adeſt, cùm ſoluere*, dixit,
Certa decet promiſſa, Pater. vocat vltima belli
Alea, vicinuſque Magis vlulantibus hoſtis.
Conſtant. nō fidit humanis, ſed diuinis auxilijs. *Nos quoque concipimus iuſti certaminis iras.*
Sed quid ego aut armis, aut hæc imbellibus auſis
Arma valent? tu cuncta moues: tibi cenſa virorum
Incedunt, cupidis luſtrantur & agmina votis.
Te ſine caſuris ô ſubijce robora turmis:
Ordinibus tu ſancte meis da neſcia vinci
Pectora; vincta ſacris vinces tibi pectora nodis.

Sic

Sic fatur: circumque ſonant clamoribus auræ:
Myſtica commiſcent votis & carmina Patres.
Cor, lacrimæq. magis, cum ceſſant ora, loquuntur,
Defierant aris & iam placare Tonantem.
Dux & quiſque ſuam iuſſo ciet ordine gentem.
Explicat arma prior fulgens Manricus in armis
Gemmiferiſque iubis. Dein enſe timendus, & haſta
Appares Sotuarte ferox. ſublime potentis
Illi auctor generis dabat alta Britannia nomen: Britanni, & Scoti.
Te Scotos inter numerauit at Inſula Reges.
Incedunt vna, quos circumfuſa tonantis
Oceani vada reſcindunt: & nota per æſtus
Luna recurrentes profugis ſiue exuit vndis,
Siue ſuperiectum fluitantibus ingerit æquor.
Albionum hi ſedes habitāt, Cereremq tumentem Sic olim Anglia dicta ab albis rupibus
Falce ſecant: niueas adiguntque in ſtamina lanas.
Sicubi namque accliue ſolum, non vtile Baccho,
Non ſegetis, nemorumq. ferax: hoc pabula capris
Læta parit; ſubeunt pecudes, auidæque, virentes Quæ pecoribus, & lanis abundat.
Incuſtoditis paſcuntur ouilibus agros:
Candidaque in tenues educunt vellera telas.
Gens procera, niues imitans in fronte colorat: Gentis habitus, & natura.
Præcipitanſque moras, feſtina audacibus armis
Irruit, extremamque cupit decernere pugnam.
Par laurus, & mortis amor. lateri additur enſis,
Et pharetræ: læuæ clypeus: ſunt ſpicula dextræ:
Vibrant innumeras arcu reſonante ſagittas.
Nec ſine te patrios viſant Manrice penates.
Par Sotuarte tuas in romula prælia gentes
Ardor agit; pulſata dedit quos fluctibus altis,
Sicubi montanas prorumpit in æquora cautes
Scotia, & obiectis boream ciet aſpera ſaxis. Scotiæ regio varia.

Siue vbi fœcundæ ſegetes, & voluitur humor
Lapſus ad irriguas fontana per oſtia valles,
Creber & herbiferas interluit æſtus arenas.
Caledoniæ ſylua celebris. Quaque Caledoniæ querceta minantia ſyluæ
Indomitas Euris agitant in nubila frondes:
Aut cœlum defenſa petunt ramalibus vmbris,
Docta niues, niuibuſque gelu durare coactis.
Hibernia, & Orcades inſulæ in Septemtr. Oceano. Et qua vicino glacialis Hibernia fluctu,
Diſperſæque iacent numeroſis Orcades vndis,
Vltimaque arctoum Thule videt altior axem.
Omnibus aſtrictæ veſtes, ſagulique per artus
Diſcolor it tegmen contorto ſutile limbo:
Nudi crura, pedem rigido perone coercent.
Pendulus ex humeris, latum qui ſuſtinet enſem
Baltheus: haſtæ vncæ, pharetræque, arcuſq. ſonātes
Miſſa ferit nubem, tum corpora figit arundo.
Gallicæ copiæ. Gallica pone ſubit, iamq. explicat arma iuuētus
Et Romæ antiquas memorat latura ruinas.
Hi patrias coluere Vrbes, terraſque patentes
Quas fluctu Oceanus, claudit quas flumine Rhenus
Montibus aut Alpes, aut rupibus vſta Pyrenæ.
Belgæ olim intra fines Galliæ. Belgarum Comes agmen agis: tua ſigna ſequuntur
Qui ruptas pelago terras, fremituque refuſis
Indefenſa vadis ſeruant ſola. quique ferentes
Bella obnixa, inter magni duo cornua Rheni,
Gentis amant Batauæ, pluſquam diuortia lymphæ.
Quique Moſam Scheldinq. bibunt, Thetidiſq. rapaces
Aliæ cohortes è Gallia. Audiuere procul ſecura per arua tumultus.
Nec minus, & niueos exponit in ordine Francos
Aſcaricus: abit galeæ cui plumea nubes
In florem, ac fuluo ter lilia ſubrigit auro.
Illi adſunt, quos amne lauat, clauditque tumenti
Sequa-

Sequana; quos medio Ligeris diſterminat alueo:
Ripa reuertenti quos æquore merſa Garumnæ
Deſerit, extremos & inundat flumine Celtas.
Tu quoque mixtus Arar Rhodano: Tu Iura Lemanis
Nubifero ſtagnis minitans altiſſime dorſo:
Voſque Iſaræ longùm cogentes flumina ripæ
Victuros Latium bello mouiſtis alumnos.

Finitimos Gafride iubes iam patria rura
Spernere Aquitanos, refluis & ab vſque profundi
Fluctibus horriſonas armis agitare procellas.
Cuncta animis ferroque pares, præſentia bello
Pectora componunt alacres, promptique periclo
Fortia inexhauſtis ſubeunt in prælia votis.
Hi pedites cuneantur: equos pars vecta volucres
Incitat, immotis additque cohortibus alas.
Texta coloratas diducunt lanea braccas:
Atque vndant niueæ ſumma ſeu caſſide criſtæ: Habitus, & cæſaries.
Seu petaſum curuæ circumplicat orbita plumæ.
Cæſaries intonſa fluens, & crine retorto
Turgida ceruicem, veſtitaque colla coronat.
Pinguior at fluxis eadem promiſſa capillis
Pectoris in læuum, ſuper ærea ſuta recumbit.

Ipſe etiam domitus, pronuſq. in Flauia Rhenus
Sceptra, viros terris & tranſrhenana propinquis Copiæ Germanorum. Nam horum
Miſerat auxilia. Excelſo quibus ore ferebas
Te Breneſte ducem: capitis chalybemq. comātem aliquę regiones victæ à
Fulminei accenſum verſabas igne Draconis: Conſtantino
Immanemque immanis equus ſublime vehebat. illi fauebant.
Pone aſſultat eques campo Germanus: & omnes Cataphracti
Aere latent artus: humeroſque, & pectora ferri equites.
Nexile pondus habet, ſuraſque & brachia condit.
Viua metalliferis animent ceu membra coloſſis.

Fuſa velut liquido viuant ſimulacra metallo.
Dextram inſerta, grauis nec roboris haſta fatigat.
At deprompta iugis, ſyluiſque horrenda ferarum
Tollitur effigies, ſuper & vexilla voraces
In prædam exululant, atque hoſtica funera fauces.
Ecce minax, patrioq. nitens Fermandus in auro
Copiæ Hiſpanicæ. Euocat Hiſpanas Romæ in certamina gentes.
Illum conſtantes acies, ſtabilique ſequuntur
Pugnaces ardore manus, queis gurgite curuo
Cantabrici plaudunt gelidam Tritones ad oram:
Lotus athlantæis afflat quas Heſperus vndis:
Et Luſitanas inuitat in æquora claſſes.
Aſcribunt aliæ cuneos non parcius vrbes;
Herculei quà ſaxa freti, limeſque profundi
Vltimus: at primus ratibus iam carcer ituris.
Qua fugit auerſus Calpen, & pulcher amœno
Flumine oliuiferas Bætis ſibi protegit vmbras.
Quaque reſurgentem Balearis lucida ponti
Auroram tremulis irritant cærula flammis,
Fœcundaſque ſoli pulſant fœlicis arenas.
Et regale tumens ſitientem argentea lymphæ
Dona Thetin gazis fluuialibus implet Iberus.
Qua Tagus auerſa declinans cornua fronte
Auriferas impellit aquas. ſeiunctaque longe
Fulminis igne tonat, tonitru decuſſa Pyrene.
Flauia regnatis tum Cæſar ab vſque Britannis
Iura per Heſperiam fundebat: & arma feroces
Vota ferunt gentes, aſſertaque regna tuentur.
Feruet, & accenſæ coquitur magis ira iuuentæ,
Quæ cladem taciturna canit. ferrugine textum
Aſtringunt lateri ſagulum, cinctuſque coercent.
Aut collo inſertus, dein pectora laneus ambit
Terga-

Tergaque delapſus thorax: geminaque ſub ala
Extremas manicis diducit hiantibus oras,
Laxior in certos, & brachia liberat ictus.
Pileus ater habet, ſiue ærea caſsida frontem;
Tranſuerſuſque habilem ſuſpēdit baltheus enſem.
Atque humero incumbens geſtatur ſagina dextrę,
Longa Macedoniæ non cedens haſta ſariſſæ.
At Dux aurifero magis arma nitentia velo,
Et galeæ illuſum gemmis illuminat aurum.
Cui fulgens interque iubas erecta niuales
Emicat intexti ſpecies turrita metalli.
Ille oculis vultuque necem, ſtragemque docebat
Fundere; ſed pubes non parciùs audet in hoſtem.
Vos quoque veniſtis magni domitoris in arma
Italiæ gentes, cultu, ingenioque locorum
Diſsimiles: veluti mores ac munera vitæ,
Diuerſæque abeunt ſtudia in contraria curæ.
Mœnia Taurinos miſere auguſta colonos:
Et valles quondam auriferas liquere Salaſſi.
Inſubreſque ſuas rareſcere ciuibus oras:
Et Ligures ſenſere ſuas. venere cohortes
Cœnomanûm: venere ſinu quos tuta recondit
Adria,& in magnę Venetos ſpem promouet vrbis
Tum ciet Eridanus Gallos ad ſigna togatos:
Prælia Tyrrhenæ tum perſonat incola terræ.
Non Senones,clauſi non abſunt mōtibus Vmbri:
Picentumque manus, denſiſque in bella coruſcant
Ordinibus.regit Artemius, quem iuſſerat armis
Nondum exploratæ Cæſar dare frena iuuentæ,
Et iam pulſantur grauibus legionibus arua,
Quæ Romæ Imperio per diſsita regna ſolebant
Ferrea perpetuis confinia ponere caſtris.

Italicæ copiæ.

Legiones Romanæ, quæ ſolebāt tueri fines Imperij.

Deleċtique aderant, qui mœnia gurgite Rheni
Circumdant, Iſterque tua caſtrenſia foſſa.
Quique bibunt Tamiſim, diſcretaq. regna Britanni
Tutari, medioque auſi diſcindere muro.
Pila gerunt dextra: prætendunt grandia læua
Scuta manu: breuis eſt lateri, qui ſtringitur enſis:
Nexilis aut hamis, ſquamiſue in pectore thorax:
Aera tremunt capiti: feruens tumet oribus ira.
Hæc adeo in pugnam Romani robora Martis
Dalmatio verſare datum. Numeroſa ferebant
Munera, quæ tulerat quercu, vel gramine virtus,
Et cum frondiferis auro torquata coronis.
Ille aſper, toruuſque oculis, tamen alta decori
Argumenta ducis, Patriſque inſigne canendum,
Clarus & auguſto multum de fratre ferebat.
Tu quoque delectos gemina de claſſe maniplos
Tu fortes Libyæ memorantes caſtra phalanges
Criſpe regis. iuuenē Caiuſque, Valenſque regētem
Legati obſeruant, iuuat & parere iubentes:
Et comes auratis exultat Porſenus armis.
Dux autem radians armis, & flore iuuentæ
Pulchrior ante duces fertur: cui pingitur oſtro
Oebalio mollita chlamys: formoſa nitenti
Caſside frons niueis decertat candida criſtis.
Agnoſcit domini ſonipes maculoſus habenas;
Quaque moras tendens greſſus numerare tumētes
Quaque leuis ſaltu gaudet præuertere Tigres.
Puluere poſtremo Prætoria ſigna cohortes
Effudere Notis. Ablauius agmen agebat
Vt cuſtos Auguſte tuos circumdaret artus.
Pręuehitur Labarum. Crux gēmea vertice ſummo,
Et ſcriptus fulgebat apex: auroque ſuperbit

Inſe-

A mari ad mare per milites Seuerus Britanniam muro diuiſit.

Dabatur corona è quercu ei qui ſeruaſſet ciuem: graminea ei, qui ab obſidione liberaſſet. Aureis muneribus ob alia donabantur.

Claſsiarij, & Libyci milites.

Prætoriani milites Conſtantini.

Inferior, gemmiſque rigens, & principe textu:
Æmula reddebat radiantem purpura ſolem.
Demiſſus ſolio iam Conſtantinus ab alto
Addebat ſe ſe cuneis; cum viſa repente
Improuiſa nouis acies præcurrere turmis.
Apparet cœleſtis eques, qui Gallica primum,
Tum pugnæ in noctem Veronæ inſederat arua.
Quanta virũ ſpecies? quæ grãdibus oblita mẽbris
Lumina? terrificas, torti ceu fulguris ignes
E vultu vibrare faces: gemina aſtra timendis
Scintillare oculis: crinito in vertice flammæ
Nutantes ſinuare iubas. ſed enim arma cruentos
Diſpergunt radios: ſtrepitumque, & fulminis alas
Et ſtragem pubes clypeata vmbone coruſcat.
Emicat haſta manu, quam cuſpidat ardor: & ardẽs,
Membra niualis equus fumantia faucibus efflat,
Inque vaporatos incendia diſsipat hoſtes.
Agminis in medio Labari clariſsima fulgent
Signa: ſuus Labaro Sol eſt, inſertaque Soli
Lucis inexhauſtum Crux ſufficit aurea fontem.

Cæleſtia Superorum auxilia.

Vidit, & agnouit Cæſar (neq. enim addita primũ
Viderat auxilia, æuumque immortale ſonantes
Cœlicolas acies) Placidus membra incidit horror,
Procubuitque genu, iuxtaque exercitus omnis,
Linigerique Patres. Sed qui præit agmina Ductor,
Rumpe moras, inquit: *Superos tua bella gerentes*
Conſtantine vides. ſatis eſt furialibus hydris
Per tua caſtra datum, latij per tecta Tyranni.
Iam capitolinæ, nobis certantibus, Vrbis
Mœnia te ſubeunda manent. arma impia franges;
Tum Vaticano votum perſolue ſepulchro.
Dixit. & ignifera præfixam cuſpide cornum

Promittitur Conſtantino victoria.

Contorſit. fugiens leuibus quæ protinus alis
Arma ſuper celeri circumuolat aëra flexu
Erectas facibus lambens mordacibus haſtas,
Inſpiranſque nouos figenda in vulnera ſenſus.
Caſtrorum rapido tum fertur ad vltima curſu
Ceu pugnam comitata cohors efferret in hoſtem.
Non agger, clauſo monimenta obſtantia vallo
Non iter occludunt: abeunt, portantque ruinam
Craſtinaque excidia, & clades lapſumq. Tyranno.
Quæ poſtquam Lycius vidit, ſenſitque futura
Præſul, pauca refert: *Fauſto tibi Numine Cæſar,*
Militat armatis veniens exercitus aſtris.
Necdum in bella calet, ſtratos nondũ aſpicit hoſtes
Imperio Superum miles tuus? acta morentur
Pugnantes ni luſtra manus, hodierna videres
Funera; quæ totos implebunt craſtina campos;
Sancta Fides latiam vt viuas Regina per Vrbem.
Conſtantini pietas. Hæc ait. at pronus, *Sequor,* inquit, *ſydera, Cæſar,*
Aligeroſque duces. Magnæ Crucis auſpice ſigno
Cœlum bella regit; Maxentiaque arma timebo?
Me pugnare decet. Vincat Deus. iſta recurſant
Vota: nec abſiſtit meus hæc effundere miles.
Vix ea. Luſtratis Labaro cum rite cateruis,
Conueſci dapibus, curataque corpora iuſsit
Victricem ſperare diem. ſed læta iuuentus
Læuibus inuigilat clypeis, enſeſque polito,
Spiculaque in cædes ſubigitque acuitque metallo.
Orant Sacerdotes pro craſtina victoria. At rurſum interea, ſua per tentoria Patres
In noctem renouare preces, neque parcere votis.
Inſomniſque aderat primis Auguſtus in vmbris
Nocturnis diuina petens ſolatia curis.
Quippe genu ſupplex pacalia Numina poſtquam

Flexerat, orandoque pias conſumpſerat horas;
Alloquitur Patres: *Equidem confligere numquam*
Tam pronis potui Superis, qui prælia noſtris
Adiuncti ordinibus Romano in puluere verſant.
Nec (quamuis alibi expertus vidi Itala, vidi
Gallica ſydereis frangi terroribus arma)
Aſpexi ire Duces tantos, tam certa daturos
Funera, & auguſto ſpirantes pectore Numen.
Stat, quodcũque illis (liceat modo reddere) donum,
Et ſacra auriferis, araſque rependere templis.
Dicite vos quinam? vnde ſati? quo Principe Diuûm
Adueniunt? vocem ipſe ſequor, monituſq. docentum.
Dixerat. At Myræ Antiſtes; *Quos vidimus,* inquit,
Mortales diuino acies confundere viſu,
Non tellus, non axis habet, quà proxima terris
Luna, vel in medio Sol altior ardet Olympo.
Aetheris excelſi culmen: lita ſydere fuluo
Interiora domus habitant: penetrale repoſtum
Lucis inaceſſæ, qua ſeſe obliqua recuruant
Fulgura, conuexumque iubar: flexiſque micantem
In gyrum radijs, ſolium regale Tonantis
Ambit, & innumeris ambitur ab orbibus orbis.
Hic agitans æuo genus immortale perenni
Ignorans fragiles artus, damnataque mortis
Corpora, nec morſus metuens, aut temporis iras,
Excubat ante Deum, fruiturque: auidumq. beato
Vbere delicijſque fluens, & amore voluptas
Explet inexpletum: magnoque arcana Tonanti
Ritè miniſteria, & iuſtos æternat honores.
Quin & mortales hominum velut impare cultu
Se tollunt, minuuntque gradus: ſic ordine diſpar
Multiplici populus patrij tenet intima cœli.

Quos adit Conſtãtinus cupiens audire quid ſibi de Angelis credendum ſit.

Varij ordines Angelorum.

Inſi-

Inſidunt propiora Deo, regeſque decoris
Sedibus, auguſtoque ornant ſe luminis auro.
Diuinoſque vident aſtare beatius ignes:
Atque illapſus amor magis æſtuat, æſtuat ardor,
Semper & accenſæ renouant incendia mentes.
Nec minus imperia exercent, ac Principis audit
Iuſſa minor, faciliſque operi mandata faceſsit.
Sed tanti rerum proceres, Mundique patentis
Cuſtodes sũt hominum. *Omnes cœlicolæ faſtigia ſumma tenentes,*
Delapſi iam tum miſeræ confinia terræ
Noſtra petunt, ex quo teneræ per limina vitæ
Progenies hominum primas aduenit in auras;
Celeritas motus Angelici. *Tantum adigit cura humanæ ſtudiumque ſalutis.*
Non regio vacat, extremi non angulus Orbis,
Quo ſe non ſubito per cœli altiſsima niſu
Imaque terrarum, traiectaque corpora mittat
Spiritus. inuiſo penetrabilis omnia motu
Exuperat: ridetque leues leuis impetus auras:
Non ita Sol: rapidæ non ſic vertiginis aſtra:
Non mentis ſubiti celerant per cuncta volatus.
Apparẽt hominum habitu, & forma. *Quondam etiam ludens oculos, oculiſque videndus*
Humanis ſimiles pulcherrimus induit artus.
Quippe gerens iuuenile decus viridantibus annis
Oraque purpureo rubefactus eburnea flore,
Spirat adoratæ cæleſtia lumina formæ.
Vtque ſecet liquidos pennarum remige ventos
Terga coloratis velociter inſtruit alis:
Accedens momento idem, quo ceſsit, eodem.
Vis & poteſtas illorum. *Quid dicam immodicas vires, dextræque potentis*
Robora, & inductas populis ſine vulnere clades?
Hebræorum in Ægypto laboris acerbitas. *Seruitio Iſacidum gentem, laterumque lutoſo*
Pondere coctilium, & iuſsi fornacibus ignis

Preſ-

Preſſerat Aegyptus: faſtuque infeſta ſuperbo
Ridebat cœli Moſen mandata ferentem,
Monſtraque mutatæ glomer antem noxia virgæ.
Sanguis flumen erat: ranæ ſaliere per Vrbes:
Grandine tecta ruunt: ſtragemque tonitrua late
Fulminaq. ingeminant: rurſumq. per aëra, rurſum
Mira dabat terris. At tu duriſsime rerum
Corda magis rigido veheres non aſpera ſaxo:
Non iterum Pharao mendax portenta cieres: Duritia Pharaonis.
Neu placitum Superis, aduerſarere, morando
Exoratus iter. ſubit ecce in nocte profunda
Lethiferumque ſuper vindex rotat Aliger enſem.
Atque adigit primæ dilecta in corpora prolis. Angelus primogenitos Ægyptiorũ occidit.
Intumuit lacrymis queſtus mala funera Nilus;
Tantus vbique dolor, gemituſq. & ſæua parentum
Vulnera. pallebant feretris paſſimque iacebant
Innumeri. at telo iuuenes qui meſſuit vno,
Vnus erat, ſumptis cœlo ſed miles in armis.
Tu quoque in aſſyrijs conſtrata per agmina caſtris
Sennacheribe gemis. Solymam ſpe vane cadentem, Sennacheribus obſidet Hieroſolymam.
Palmiferamq. voras nequicquã infeſtus Idumen.
Tuque probris temerare Deum, Regumq. potentem
Ah violare auſus, per templa Syonia Regem?
Duc age non vlli robur ſuperabile bello,
Signa Palæſtinos celent Babylonia campos;
Obruet vna tuos, & iam nox funera condet.
Haud cæca in tenebris: ſtellis oculata ſerenis,
Gentibus aſſyrijs nigro nox horrida velo
Incubat. Heu miſeri; ſomnoque ciboque ſolutas
Cernere erat gentes, quæ late immenſa tegebant
Aequora camporum: tumido pars ore ſonantes
Excidia in noctem Solymæ ſuprema canebant.

Fulmi-

Fulminat ecce manus ; nec ſe bellator aperto
Aethere, nec pennas bicoloribus explicat alis.
Angelus Sennacheribi copias obtruncat. *Tela iacit ; ſtratique cadunt. morientia cæſis*
Corpora corporibus cumulantur, & artubus artus
Arma ſuper laceri : fractiſque attollitur armis,
Et ſtrages ſimul extructis miſcetur aceruis.
Iamque adeò extinctos caſtris qui cerneret omnes
Rex ſuper vnus erat. Vidit cum ſole ruinas
Mane renaſcenti, trepiduſque in regna refugit.
Colla ſuperba Deus ſic deijcit. Alta ſuperbum
Superorum ope Maxentius cecidit. *Attollit quoque Roma caput. Maxentius enſem*
At propior Superùm videat. Tuque auſpice victor
Conſtantine Deo, magnum venerabere Numen,
Cœleſtemque manum : dabis & ſua munera cœlo ;
Corda placent Superis : tu cuncta paciſcere corde.
Dixerat. at monitis inclinat pectora Cæſar :
Et Diuûm auxilijs, opibuſque pericula pugnæ
Componens, hilaris tentoria nota petebat.

CONSTANTINI
LIBER XII.

ARGVMENTVM.

Conſtantinus cum Maxentio ad Pontem Miluium confligit. eoque in Fluuium demerſo, copijſque debellatis, Victoriam Deo acceptam refert in Vaticano.

ANgitur at clauſo feritas Maxentia vallo,
Speratamque dolet belli vaneſcere palmam.
Quippe Dymas aduerſa refert, queriturque reuelli — Dymas deſperat de victoria.
Promiſſam toties Martis de puluere laurum.
Sed contra infenſus curis, furijſque Tyrannus,
Vnde, ait, *hæc fruſtra memoras? nonne ante ſecūdis* — Indignante Maxentio.
Carminibus terras, & coniuratá mouebas
Tartara? quid bifidæ vertis iam murmura linguæ?
Ad quem pauca Dymas: *Venient promiſſa petenti*
Auxilia. at timeo Labarum, vexillaque ſigno
Contemerata Crucis. ſuſpenſæ brachia mortis
Neſcio cur noſtris inhiant complexibus: aſper
Et mihi cerbereos irritat ſibilus angues.
Num repetunt latias portenta trifaucia prædas?

Tu

Tu tibi finge metus(Rex increpat)*haud mihi tutũ,*
Siue referre pedem, ſeu figere. bella ſequantur.
Tempora nulla fugæ: non ſpes datur vlla morãdi.
In medio palma eſt; babeat, quem dextra iubebit.
Dixit. & in certos pugnæ ſe ſuſcitat ignes.
Qualis, inaſſuetam qui ſoluit in æquora puppim
Et rudis vndarum tuti fugit otia portus:
Inde vbi reſpiciens poſt terga recedere montes,
Nondum exploratos metuit crebreſcere fluctus;
Deſertas reditum clamans, lacrymatur arenas,
Optat & obuerſam terris aduertere proram:
Tũ reditus pudet, ac tumidas ſubit acer in vndas,
Luctantemque audax in carbaſa prouocat eurum.
Non aliter metuenſque ſui, fugienſque pericli
Rex in bella tamen ſe ſe periturus agebat,
Venturæ ſuprema vocans certamina lucis.
Idalium feſtinus equo iam Lucifer ignem,
Ne vagus erraret, nondum cedentibus vmbris,
Extulit. vrgebat nam Sol, properantibus Horis,
Oceani ſtabulis rapidos educere currus,
Vt Flaui aſpiceret victricem in prælia dextram:
Auratoque gerens radiantem Daphnida crine
Conſtantine tuam ſignabat ab æthere laurum.
Tum quoque ſigna dari lituiſque, tubiſq. Tyrãnus
Imperat; aduerſis reſonantia collibus æra
Quippe audit, noctemq. nouo clangore minantem.
Flauia iam vigiles incendere claſsica turmas,
Effundique ratus portis, abrupta recludit
Munimenta ferox, cuneoſque in cornua firmat.
Miluius põs factus ab Æmilio Scauro eſt in via Flaminia.
Eſt locus, hetruſcam curuat quà flumine ripam,
Atque vltra Æmilium per culta nitentia pontem
Flaminiam ſilicem Tiberis decliuibus aruis,
Flauen-

Flauentemque ſuis Cererem proſpectat ariſtis.
Hinc Anio tibi montanis è rupibus infert
Ambitioſus aquas: numeroſo penſilis arcu
Hinc Tiberine tuas abſcindit Miluius vndas.
Hic adeò inſtructas pugnæ in diſcrimina gentes
Horruit, infremuitque vadis, cladique futuræ
Vltima tyrrhenus veſtigia perluit amnis.

Naz. in Pan. Apud Tiberim ſuos intruxit ſic ripę locatos vt vltimorum veſtigia, prę-ſagio quodã euenturæ cladis vnda fatalis allueret

Abſtulerat campos acies, tot in ordine turmas
Vndique tot cuneos, tot digerit vna maniplos.
Hinc Aſiæ, Syriæque manus frons dextera tendit,
Et qui Cappadocum populos Cilicumque ſolebãt,
Aut regna hiberno defendere Pontica vallo.
Dux præit, & pugnax moderatur Martius agmen
Septimia de ſtirpe ſatus; ſed prima ſenectus
Parcius audaces nutribat pectore ſenſus.
At cura incumbit læui tibi Romule cornus:
Et regis auxilia, & ſeptem ſpectata trionum
Robora. Vociferant, *Victas impune cateruas*
Trans caput, & gelidi fontana Boriſthenis ora
Miſſuros, Pontumque vltra, Tanaimque niualem:
Monſtra & hyperborei paſtus habitura profundi.
Tu quoque deuinctus ferro, glaciantia, Flaui
Stagna per, informes ſaturabis corpore phocas:
Par numquam arctoas venit data præda per oras.
Hæc illi vano ingeminant clamore minantes:
Præcipiuntq. animis emptã ſine vulnere palmam.
Tempora iam niuibus ſpargẽs rugoſa Tyrãnus
Ducebat medium media inter millia Martem.
Fulgenteſque Aquilas domino circumdare gaudet
Miles, & edomitum ſpondet Prætorius Orbem.
Nec minus Oenotriæ, latioque è limite gentes
Romanæque audent acies. Amor omnibus idem,

Ordo exercitus Maxentiani.

Tuta-

Tutariue ſenem, patriaue occumbere terra.
Mouit corda furor, perque arma venefica fixit.
Heu miſeri, turba ante diem moritura cadentem,
Quid feſtinati fugientes temporis horas
Præcipitas, mortemque trahis? non ferre ſalutem
Tu domino, tibi cuncta vales accerſere lethi
Nomina. Damnatæ Superis ſi Flauius enſis
Defuerit, Tiberiſque vorax ignouerit vnda;
Tela vacant cœli, nimboque includitur ignis?
Dignum pœna rapit, teque obruit illa merentem,
Quæ modo vana tumes, dũ vulnera diſtinet hoſtis.

Conſtantini exercitus in plana deſcendit.

Ille quidem, poſtquam dubijs vigilare tenebris
Senſerat auroram; ſtructas procedere turmas
Deſerta ſtatione iubet. Lætiſsima vulgi
Murmura commiſcent litui ſonituſque tubarum.
Et longe horrificant abeuntem claſsica noctem.

Ordo exercitus.

Ipſe ducem dextro lateri ſe munere Princeps
Conſtantinus agit. ſed enim prudentibus auctor
Cuncta mouet late imperijs, fortique ſequutus
Iuſſa manu, molitur opus. VIDET ardua miles
Virtutum, factiſque probat documenta decoris.
Læua tenet, fratri dextraque & honoribus impar
Dalmatius; ſed dextra viro promptiſsima pugnæ.
Hinc inde inuehitur legio: ſocijque viciſsim
Regibus exultant, externaque robora miſcent.
In medio vacuus Mauors nudataque belli

Media acies relicta Superis auxilijs.

Terga placent. *Cœlo ſe centuriata iuuentus*
Conſtantinus ait, *hic ſiſtat, & intonet armis.*
Vincite vos Superi, malè nos pugnamus inermes.
Hæc fatus, tacitis dat vota loquentia labris.
Et iam puniceos Phœbo aſcendente per ortus,
Flauius in campos deſcenderat æquà patentes,

Nec

Nec dum occurſuros miles properabat in hoſtes.
Vt propius tenuere gradum, ſpatioque dirempti
Auſa per aduerſas viderunt pallida frontes,
Nec dum pila manu torquent: Tum Cæſar auentes
Comminus irruere, & ſtricto decernere ferro
Alloquitur: *Quam vos terraque marique petiſtis,* Oratio Conſtantini ad milites.
Ante oculos iam Roma ſedet. Romam ite, vocantem
Victrices intrate manus. Quicunque cateruis
Clauſerunt iter oppoſitis, liquere fugaces
Gaudentem, & patrios vobis ceſſere penates.
Sternite ſed meritos, magnaque in ſtragis aceruos
Tollite. ſic dabitur ſeptem conſcendere colles,
Et mundi ſuperare caput. nimis ardua vinci
Roma videbatur: magiciſque infecta venenis
Lumina inaſpectos timuere auerſa gigantes.
Cernitis at viles animas, & inertia vulgi
Corpora, relliquias irarum, enſiſque Tyranni:
Et quas expumat borealibus Vrſa pruinis.
Hi, qui ſarmaticas hyemes vertère ſerenis
Solibus Italiæ, domitis Germanica terris
Turba quid audebit? Viciſtis: & vltima poſcunt
Vulnera. iam referent: Labaro quæ fixa potenti
Crux regit incolumes, nobiſque inuicta ſubegit
Europam; latiJ ſtatuet confinia belli
Limite ſanguineo, ſtructiſque cadauere metis.
Cuncta mihi iam turba cades; noſterque cadenti
Nullus ab hoſte labor. Cæleſtibus impetus haſtis Naz. in Pan. Non commemorabo te-
Et ſuperum Labari iuratæ ad ſigna cohortes
Tranſadigent, ſternentque ſolo. Tu proxime Tybri, ctas cõtinuis ſtragibus ri-
Agmina ſollicitas rapiunt cui barbara ripas, pas, non op-
Gurgitibus prob quale tuis inuoluere pondus pletum aceruis corporũ
Armorumq. virumq. paras? vtrinque natabunt, Tiberim.

T *San-*

Sanguine, flumineiſque vadis, vt laurea nobis
Dona ferant. palmas laudum, ite, feracibus aruis
Accipite. Aut potius Pater ô, qui fortia cœlo
Victricis das ſigna Crucis, da Colla Tyranni
Frangere, ſubiectamque tibi committere Romam;
Mox omnem domitrix Terrarum conferet orbem.
Dixerat: illi auidas pugnando attollere voces:
Et nondum ardenti plauſus accendere Marti.
Nec ſegnis fremitu, tarduſque occurrere campo
Maxentij oratio ad ſuos. Hoſtis, at intentos nondũ hoſtibus increpat enſes.
Iamque breui erectas acies ſermone Tyrannus
Mouerat: *Hic*, referens, *Mundi quicumque tueri*
Me dominum, & mecum terras fulcire labantes
Certatis: vitæ mortiſque auerſa tenetis (*ſtis.*
Limina: Terga Tybris claudit: frontẽ improbus ho-
Semita nulla fugæ. Vincat, quem viuere vitam,
Imperiumque iuuat magnæ ſibi condere Romæ;
In Regnum veniet victor: ſeu Regia mecum
Sceptra gerat, ſemperque ſuo ſublimis in oſtro:
Seu me purpureos ponentem cernat amictus
Abiectas miſeri tunicas conſumere Ciuis,
Vt miles det iura meus. ſed & aurea toto
Incert. in Panegyr. Fruimini aiebat (ad milites Maxentius) diſſipate pro digite. *Munera Gãge feres: minus eſt, quod ſtruxit auaris*
Mundi omnes dum vexit opes mea Roma triũphis.
Tanta, ſed hoſtili veniet ſine ſanguine merces.
Quippe illi occurſus veſtros, oculoſque micantes,
Non enſes perferre valent: inuita rebelles
Obiectant, pœnè arma ducis temerata cruore,
Attonitique hærent monſtris. Infundite ferri
Robora, vulnificaſque manus. ceu vellera difflat
Vis Boreæ præceps: fundet ſic veſtra fugaces,
Ne miſeri expertam tolerent, iam ſponte peribunt.

Vix ea. procurſu cum decreſcentibus aruis, Initium certaminis.
Lumina luminibus, iamque eminus oribus ora
Committunt. ſed enim (primæ conamina pugnæ)
Mutua ſert animis, & noxia vulnera clamor,
Siqua ſimul mixtus figit pauor. Æra tubarum
Rauca ſonant: ferrumque ſilet; ferrique fragorem
Æra cient, fluuioque, & reddita claſsica cœlo.
Sic vbi tempeſtas, medij quàm ſydera Cancri
Turbantem, & rapidis inuectam turbinis alis
Nubilus Auſter adhuc clauſtris circundat aquoſis,
Ne ſubito erumpat, nimboſo & viſcera partu
Effundat merſura diem. tamen ante volucres
Nubibus expirant auræ, laxataque longe
Murmura, & eliſis prorupta tonitrua flammis
Præcurrunt, tellusque tremit, cœlumque remugit.
Heu pauidis agitata Ceres non fidet ariſtis:
Et quaſſis frumenta gemet morientia culmis.
Clamantum haud aliter ſiccus furor alta cruoris
Flumina, ſanguineam bellique è nube procellam
Perſonat. Innumeris & iam ſtridentia paſſus
Vulnera miſsilibus, telorum abſconditur vmbra,
Abſcondens ac tela dies, illa obuia cæco
Æthere ſe lacerant. celeri ſeu libera curſu
Præcipitant, clypeoſq. hinc inde, & corpora figunt,
Sed rabies propiora iubet, quæ comminus ardet
Sæuior, & ſtrictos in viſcera dirigit enſes,
Fruſtratos breuiore loco ni luſerit ictus.
Quippe nimis denſa turmæ incurrère procella Denſi ordines cædem impediunt.
Atque latus lateri, pedibus pes, ipſaque iunctis
Pectora pectoribus, mucronibus hæret acutis
Mucro, gemunt galeæ, flictuque impulſa ſonoro
Scuta, nec obſtrictas ſequitur leuis impetus haſtas.

Sic adeo conferta viris ſe ſe agmina præſſant;
Inque vicem tardare dolent. At Flauius aruis
Laxantur à Conſtantino. Laxari cuneos, & iniquo ab limite pugnam,
Maiora extendi iubet interualla petentem.
Ius vero tum triſte necis, tum fuſa cruoris
Eluuies vndauit agros; feriuntque caduntque:
Mutuaque incertum peragũt per vulnera Martem:
Vrgent, vrgenturque pares: obſtantibus obſtant.
Pulſique impellunt: ſua nec veſtigia mutant.
Non ſecus aduerſis cum montibus obuia torrẽs
Flumina præcipitat fontanos rupibus imbres
Hinc atque hinc animoſus agens: perq. alta fragoſũ
Pandit iter, vallemque petit. ſed in arua receptis
Mox veniens populator aquis, ceu cornua duplex
In ſe ſe obliquat, gemituſque per infima vortex
Occurrit, premiturque premens, pulſuſque repellit;
Aſſultant ſpumis latices, ſtagnoque reſiſtunt.
Flauiani in Germanos. Viderat arctoas cuneatim obſtare phalanges
Flauius, obſtrictumque ferox irrumpit in hoſtem.
Inuehiturque ſimul Criſpus, cui præuolat ardens
Artemius legione fremens: Caiuſque, lybyſſæ
Quem iuxta ſubeunt acies. At pondere vaſto
Robur ab Hercinia Draulum nemorale rotãtem
Purpureumque ſuper galeam diadema virenti,
Nexantem lauro, iaculatæ cuſpide cornus
Deijcit effoſſum Cæſar, lapſique maniplos
Impulit, obnixique Duces, turmæque ſequentes.
Romulus at contra: glomerãtur & ordine circum,
Signaque ductores nutantia puluere firmant.
Vis inopina viros, animos tenuitque labantes
Atque arma impauidi iam Conſtantina laceſſunt.
Par Caio certat Bomilas: crudo excipit enſe
Extan-

Extantem Artemius ſublimi vertice Gardum.
Romuleo ſed Criſpus auet contedere ferro. *Criſpus Romulum quærens pugnat cum altero.*
Veſtigatque ducem iuuenis, campoque volantem
Obuius enſe petit: nec parcius ille petentem.
Obiecit ſe ſe medium qui candida primo,
Flore colorabat regnator Drabalus ora:
Dacica fulgenti ſequitur quem turba ſecuri.
Infremuit Criſpus, mutataque nomina pugnæ
Vlturus, raptoque furens: *Mihi protinus*, inquit,
Expleture vices, hac proÿciendus arena
Romulus alter eris. Remus & tu mœnibus alter
Romanis, Rex dixit, *eris. quo vulture fidens*
Romæ inhias prædo? noſtro data præda furori?
Sic illi alternis iratæ exordia pugnæ
Intendêre minis: & adacta in vulnera mentis
Miſſa prius geminæ ſonuerunt ſpicula linguæ.
Inde manus ſua tela rotant: vibrat ictibus enſis
Fulmineus, ſonituque cadens ſuper arma reſultat:
Viribus impulſus collimat ad ilia mucro:
Artibus illuſus declinat, & irrita peccat
Vulnera, defixas ictuque exerrat in auras.
Altior extulerat, tortumque in tempora ferrum
Dacus agit. doluit Criſpus, ferroque viciſſim *Criſpus ferit Dacorum ducem.*
Intulit effuſas totis cum viribus iras,
Direxitque. ferit media inter lumina frontem
Perfoditque enſis: patuitque abrupta cruento
Ora ſupercilio: tum flumine ſanguis inundat.
Nec procul in Martem Daci ventoſa Draconis
Sibila cogebant notas ad ſigna phalanges.
Vt Regem videre oculos immergere fluctu
Sanguineo, & lucẽ in tenebras migrare natantem;
Extemplo in Domini ancipitem, vitamq. necemq.

Deuotis coiere globis Hinc Flauia pubes,
Heſperiæque manus, & Gallicus emicat ardor.
Continuo vultus, & diſſociata duorum
Pugna. ſubit commixta viris & mille furentum
Cædibus: extremoque in viſcera tenditur ictu.

Romuli virtus in prælio

Romulus aduerſo quà nox denſiſſima nimbo
Telorum ſe ſe vmbrat, equo fumante fremebat.
Ille trucem iaculo Dircæum, & comminus enſe
Traijcit Vrnandum. cinctuſque equitante procella
Confertos rapido ceu turbine dequutit hoſtes.
Nec tamen obſtabat, quin aut miſeranda ſuorum
Funera, ſiue metum turba cedente, videret.

Ecce aderat medij raptus de corpore belli
Incurſuque leuat trepidantia corda Tyrannus:
Arctouſque vna miles, generoſa feruntur
Pectora. vim retro, validamque ardeſcere molem

Nempe Maxentiani, qui iam timebāt.

Senſerunt pauidi, verſaſque in vulnera dextras.
Martigenamque putāt veniſſe in bella Quirinum
Terga flagellantem, lethique haſtile trementem.
At vagus inuehitur Maxentius agmina circum,

Maxentius ſuos tuetur, & confirmat.

Mentibus indomitam rabiem, cædiſque furorem
Infundens idem manibus; corda aſperat idem:
Aut dictis acuit ſegnes, aut ille tumentes
Laude rapit; dextris pauidum ceſſantibus enſem
Increpat: & vacuis gladios, aut ingerit haſtas.

Militem occidit, qui ſe deſeruerat nomine Conſtantinum.

Fortè aderat primæ bellator in ordine frontis,
Conſtantinus habens magni qui nominis omen
Deſeruit rabidi Maxentia caſtra Tyranni,
Et Conſtantiniam bello ſibi quærere palmam
Optauit, Labarique mori, ſeu viuere ſigno.
Flauius immeriò victor tamen hoſte triumphat:
Fluminis ille iacet peregrina extinctus arena.

Nam-

Namque vbi terribilis furijs, belloque Tyrannus
Vidit in auſonias torquentem ſpicula gentes
At non tu, dixit, *Regnorum impune meorum*
Transfuga periuro ſceleris lætabere voto.
Hæc te digna manet merces. ſic fatus; & haſta
Irruit, & fixo perrumpens viſcera corde,
Cor rapit, & fracto miſit per vulnera tergo:
Extenditque ſolo pallentem, altoque natantem
Sanguine. tum prouectus equo calcare furenti,
Et reuocare ſuos, parilemque imponere pugnam.
Nec iubet incaſsum. ſubitò nam didita facti
Gloria corda metu propiora, fugæque repreſsit
Corpora. conuertère pedem. Ceu nocte luporum
Experti rabiem, preſſoſque in vulnere dentes,
Si quando fugiunt catuli. Sed nota feroces
Sibila cum reuocant ſylua allatrante Moloſſos,
Increpat & pauidos venator; in arua feruntur
Præcipites iterum, poſtquam curſu aduolat agmen
Auxiliare Canum, cognataque ſuſcitat arma,
Et conſanguineo petitur victoria morſu.
Non aliter compulſa loco Maxentia pubes
Bella nouat, ſtabiliſque hæret, dominique morantis
Pugnat ad immanes iam formidabilè voces.
Vt ſtimulis ſenſit feruere ardentibus hoſtem
Flauius; aduerſo bellatorumque ducumque
Intulit arma globo. Labari tum ſigna gerentem
Arguit ore virum: *Nam quò mihi læuus aberras?*
Signifero primam belli nec lumine frontem,
Percutis? i, ſola tutus Cruce. Dixit & vnà
Irruit. Oppoſitos contra pulcherrime Cimbros
Inducis Chroterne: Getas Damarice frementes:
Vallice Pannonios. Doluiſſent viribus æquas

Conſtātinus iubet Labarum vehi in hoſtem.

Conſtantino ſe opponunt Romuli copiæ.

Hi tamẽ haud cõferre manus. Verũ improba voces

Falſo nunciatur Conſtantino læuum cornu loco moueri.

Fama refert: reuolans Auguſti ac verberat aures,
Infauſto læuas acies procumbere campo.
Anxius ergo Duces: *Dextrum defendite Martem,*
Affatur. *procul auulſum me cura ſiniſtri*
Auferet. hic viciſſe pudet, ſi vincimur illo.
Vix ea. compulſum laxis cum raptus habenis

Et auxilio accurrit.

In læuam conuertit equum. Velut aſper in aruis
Marmaricis conuerſa leo mage ſuſcitat arma,
Cum poſt defenſi miteſcens corpora nati
Cernit in alterius patulo venabula ferro.
Torqueri iam ſtricta latus. Tunc exilit ardens
Mugitu horrifico: tunc inſuperabilis ira
Miſſile ſeu frangit, foſſum ſeu vulnere corpus
Venatoris agens lacerat, ſcinditque, voratque;
Hinc pacata ſuo diſpenſat pabula nato.
Talis in auxilium ſe Conſtantinus agebat

At ſecũdum prælium offendit.

Cedenteſque putat. Sed iam certamina longe
Apparent diuerſa viro. Nam prælia poſtquam
Conſeruere manus; commixtus vterque viciſſim
Se premit, ac denſis exercitus æquat in armis.
Vis Aſiana Syros: vis Pontica prouocat agmen
Cappadocum: fremere vnanimes; quos Itala pubes
Inuehitur contra, & multa legione repellit
Dalmatius. venit attonitas cum miſſa per aures

Flauiani in læuo cornu parum conſternati audito, cecidiſſe Conſtantinũ, quem pro milite falſo putant eſſe Imperatorem.

Vox ſubito, & ſimili mentitur nomine cædem
Conſtantine tuam. memorant victumq. Tyranno
In calidos vitam plorant fudiſſe cruores.
Mouerat hic nonnulla virùm trepidantia rumor
Pectora: perculſique gradu reuocante recedunt.
Aduerſuſque Cilix ſimul increpat ore pauores:
Inuaditque ſimul ferro. Dux concitat audax

Mar-

Martius audentes. cedentum & corpora tundit
Calce prementis equi. ſed enim non tardior illo
Siſtere Dalmatius trepidos: committere fortes;
Cædibus æqualem pugnam librare latinis.
Flauius at ſubito labentibus ocyor aſtris
Ecce ſuperueniens, quamquam conſtrata videbat
Corpora, lætatus pariles crudeſcere pugnas:
Quis vetat, ò miles, dixit, *cæleſtibus armis*
Imbelles auſus, hominumqne auertere dextras?
Vnde manu tantum enſis hebet. Tu perfuga laudis
Non meus es, quicumque loco non moueris hoſtem:
Qui toties victum non viceris. Altà loquentem
Audiuere: armis ſeque infudere cruentis,
Vt magis vndaret campis cruor. vndique ferrum
Vndique cædis amor, flictuſque augentur, & iræ.
Sarmaticæ ſed Dux equitum qui præſidet alæ, Sarmatarum equitum Dux ſuos accēdit.
Cedentemque metu Prislomius ante cohortem
Vidit: vt emotum Flaui diſpergeret agmen,
In latus intentas miſſurus venerat haſtas.
Tum ſenſit frenaſſe gradum: nec tardior arſit,
Affaturque ſuos: *Mundi ò celſiſsima pubes*
Par leuibus, ſi quando equitant, Aquilonibus, atræ
Terga ſuper noctis, brumæque gelabile dorſum,
Quadrupedes mihi flecte feros. huc vulnere verſo
Atque inſpicatæ tua robora dirige ſyluæ:
Frange femur, perrumpe latus, proſterne fugaces.
Dixit. & æſtiua nimbum de nube ſonantem Sarmatę equites in Flauianos.
Grandinis vt caurus crepitantibus incutit aruis:
Sic quoque Sarmatici tonuiſſe procella fragoris,
Fraxineaque haſtas fertur glomeraſſe ruina.
Nec virtus aduerſa minor. Namque obuia pubes
Stat contra: domitos iactat quæ Marte Sicambros;

Atque

Atque Itali iuxta, & fortes ſtipantur Iberi.

Quibus ſe dẽ ſata phalange Flauiani opponunt.

Denſauere globos, & non penetrabile vallum
Corporibus, ſtructamque viris clauſere phalãgem:
Horreſcitque ſeges longis prætenta Sariſsis.
Fulgurat in medio Labarum, radijſque minantes
Fulgores, rutiloque metus interplicat auro.
Quin etiam iactis leuis armatura ſagittis
Hinc atque hinc; fundæ tortis aut verbere ſaxis,
Eminus aut iaculis liquefacti aut glande metalli:
Comminus aut haſtis ferrata aut cuſpide figunt.
Iamque aderat furibundus eques teloq. trabali
Imminet. At, velut immotis ſe cautibus ingens
Durat in aduerſos rupes ſuper æquora fluctus;
Flauiadæ ſtabant, prohibentque irrumpere turmas.
Quin etiam miſſo violare volantia ferro

Equites occiduntur.

Pectora Cornipedum traiectaque vulnere terga
Nec frenos audire dolor, non iuſſa regentum,
Cogit & alliſo dominos effundere dorſo.
Pars glomerata iacet: pars pondere preſſa iacentis
Proculcatur equi: pars ſe reſupinat arena.
Pauci adeo obſtantes cuneos & mobile vallum
Irrumpunt moritura manus: cædemque tulere
Mox cæſi, Tiberiſque omnes ſuper arua quierunt,
Funera penſantes italo properata ſepulchro.
Victor & vrgebat miles, iuguliſque cruentos
Intendit gladios, perque arma, & pectora fundit
Spumantis vitam cum ſanguinis amne fluentem.
Non tulit iratus: cladem que, fugamque ſuorum
Corporis obiectu clauſit: tum vocibus altis

Et Ductor reclamans occiditur.

Ecquid, ait, *ſuperat?* Prislomius, *vnda retortis*
Vorticibus vos accipiet Tiberina fugaces,
Terra quibus terrore perit? quo ferrea virtus

Mer-

Mergitur? Effantem ſubito cum vulnere telum
Perculit, illapſumque ducis ſubit ora loquentis,
Vocis & occludens, animæ diſrupta recluſit
Oſtia. lethiferum Cæſar tu vulneris auctor
Miſſile direxti, traiectaque robora ceruix
Reddidit. auſonia tibi Dux expirat arena.
Ille cadit; caſu parili ne lapſa videret
Auſpicijs ſiue arma ſuis, ſeu iuſſa Tyranno.
Quippe laborantis miſerum ſpes vltima cornu
Labitur, orditurque ſibi ſua funera miles.
Nam perculſus eques dextra, læuaque maniplos
Ac peditum vexilla ruit, turbamque gementem,
Cognatumque fuga diſiecit cornibus agmen.
Flauius inſequitur, tergoque ſupermicat enſis.
Nec tantam tonat in ſtragem; terroribus actus
Quãtam effundit eques: fugienſq.& mutua portãs
Funera quiſque refert, lethumq. cadentibus affert:
Formidantque minus, propius qui vulnerat, hoſtem.
Ipſa procul Labari effigies, ac triſte rubentum
Fulgura gemmarum, atque auri terrebat imago.
Iamque pedes peditem, turbator, & ordinis ordo,
Pulſaque pulſabat pubes clypeata cohortem,
Seque premunt, lapſique altis cumulantur aceruis:
Inque vicem viui exäminant, onerantq. ſepulchro.
Martius ipſe ſuæ poſtquam incrementa ruinæ
Vidit, & à tergo iaculantis Flauia dextræ
Fulmina; non auſus fugientia ſiſtere ſigna
Non reuocare ſuos; pariter dat verſa per agros
Terga fugæ. dare præcipitem ſe quemque decebat
Quando ducem fugiſſe decet. ſed Flauia pubes
Imminet, impellitque manu, fodit enſibus artus,
Pectoribuſque humeros, & calcem calce fatigat.

Dextrũ cornu hoſtium diſsipatur, ac funditur.

Labarum terret hoſtes.

Ante alios clamore viros, ac cæde furentes
Conſtantinus adeſt: ſtipantque & facta ſequutæ
Debellantem acies imitantur Cæſaris iram.

Cœleſtes copiæ in auxilium Cõſtantini.

Ecce autem rurſus Diuis ineuntibus arma
Viſus adeſſe viro Superum qui Maximus agmen
Ales agit præuectus equo; lucente per armos
Quem niueus candore ſui non vinceret ortus
Lucifer. arma iubar, frontiſque accenſa decore
Tempora circumdat formatum in fulgura ſydus.
Sed miteſcentem tunc pinxerat Iride lucem,
Ne ſubitos viſu caperes Auguſte pauores.
Inde ait: *Euerſas iam Conſtantine cateruas*
Cernis, & oblitus medij Prætoria belli
Robora, quid fruſtra hic hæres? Aſt ordine denſo
Mox aderunt. & noſtra diu ni tela frementes
Quamquam inuiſa premant, non expectata tuliſſent
Prælia. coge viros. Dum fortia viribus æquas,
Viribus humanis, & fortibus vtere dextris;
Nõ aberũt Superi. TOLERANTEM & iuſta ge-
Induit ex alto virtus. Sic excitat ardens, (*rẽtem*
Ardentemque mouet. tacitoque vbi reddidit ore,

Conſtãtinus contra mediã aciem hoſtiu, & Prætorianos.

Atque preces Cæſar geminauit, & ignea corde
Vota, ciet fortes alia in diſcrimina gentes:
Illum cœleſtis comitatur, & inſtruit Ales.
Iamque aderant: contra & miles torpore ſilebat,
Ducebatque moras prætorius hoſtis inertes.
Illum equidem ſermone acuens Titianus in arma
Mouerat. accenſique omnes inimica fremebant
Prælia, Flauiadumque nouam certamine cladem.

Ibi Maxẽtiani territis iã equis, terrentur.

Cum ſubito (nec cauſa patet) mirantur equorum
Intremere, & gelidos pulſari horroribus artus,
Arrectis ceruice comis: largoque fluentes
Sudore,

Sudore, ac fruſtra rigidis calcaribus actos
Siſtere quadrupedes, iuſtoque recedere curſu.
Hærebant, ſtimuliſque armos, percuſſaque virgis
Colla fatigabant; ſonipes magis auia retro
Membra rotat, ſaltuq. metus, equitemq. per auras
Excutit, atque niues labris expumat, & ignes.
Dum trepidant: terroris equus dum paret habenis,
Nubilus ecce oculis ſe caligantibus humor
Abſtulit. Ingentes aciem, quæ fulget in haſtas, Nam niſi illi
Obiectamque manum videre, equiteſque micãtes, obſtare acies, non ante ſpectatæ.
Et mille ordinibus volitantia flamine ſigna.
Iam pugnæ exciderant animis, non prælia poſcunt:
Oderunt, nectuntque moras, atque vltima pallent.
Non ſecus abrupta tellus compage profundos
Si mouit tremefacta ſinus, atque alta domorum
Tecta impulſa labant, agitataque terga fragoſis
Inclinat montana iugis; fluitantia ſubter
Qui ſola, iamque ſuo nutantem pondere mundum
Aduertit, iam iamque hauſtũ, iam credit hiantem
Seque deiſcenti raptum deſcendere campo;
Implorat clamore fugam, cui ſubijcit alas
Terror: at immotis idem ſua funcia plantis,
Venturæque gemit, motumque moramque ruinæ.
Sic dubitat, figitque pedem Maxentia pubes,
Hortaturque fugam: ſed mox abitura reſiſtit Quarum metu immoti perſiſtunt.
Cuncta metus prohibet. Sua cum vexilla mouebat
Obuius interea ſuperis exercitus armis.
Imminet hinc magno veniens cũ Cæſare Princeps
Aligerum. magis attonitas horrore cateruas
Impleuit ſine voce pauor, ſine ſanguine pallor.
Non certare volunt: non vertere terga per agros.
Proijciunt enſes manibus, poſitiſque cadentem

Exo

Supplices victorē agnoſcunt.

Exorant genibus vitam. ſtetit aureus arma
Arridens pauidis Ales, cui mitia flauis
Accendere comis pacalem ſydera lucem:
Fulguraque, & trifidi ponentes luminis alas
Cœlicolæ facibus dant lambere mollibus haſtas,
Nec veniam Cæſar, non abnuit ore ſalutem.
At ſuperum Ductor, *Dederas quæ bella tueri*
Cæſar, ait, *defenſa vides. Hinc cedet in auras,*
Noſter inaſpectis aderitque exercitus armis.
Tu perges, victoſque premes. iam ſterne fugaces,
Agmina iam læuo Maxentia prorue cornu.
Auſpicibus ſuperis, Duce me. Sic ille ſequentem
Euocat Auguſtum crudi qua puluere martis
Læua per alternos fœdantur tela cruores.

Pugna ingēs cum læuo hoſtium cornu.

Quippe mali ignarus, ſecumq. immane Tyrānus
Agmen agens rapido ceu cum torrente volutus
Millia perrumpit; denſataque millia Celtis
A ſcarice minax, tectus legione cruenta
Belga Comes: Fermande globo comitante ruebas,
Hinc Scotos Sotuarte infers, Maurice Britannos,

Nam & Germani pro Cōſtantino pugnarunt, ab eo iā domiti.

Germanos Breneſte ferox; tuque eminus haſtam
Intorques refuga quæ præterit ora Tyranni
Cuſpide: ſed fixo Marideni in tempora ferro
Peccat ſanguineos letho eructante liquores.
Rexque ferus furit inde magis: cui Galba cohortes
Finibus armenijs; calidæ Probus addit ab oris
Signa Palæſtinæ: librantque vibrantque ſecurim
Pannones, aut clauæ circumſonat ictus aenæ.
Concurrunt vtrinque pares, & mutua verſant
Vulnera; bellatrixque operit diſcrimina virtus.
Preſſa premit: pellit, mox pellitur; ardet & ignes
Fertur in aduerſos; in pectora dirigit enſem;

Nec prohibet, foſſos quin dirigat alter in artus,
Effractiſque animam vitalibus hauriat haſta.
Nec minus incertum late crudeſcere Martem
Cernere erat; rapiens Germanica Romulus arma
Quà fertur, Dacoſq. trahens, Scythicoſq.furores.
Cingebant Mariuſque latus, victorque per Arcton
Amſterus, laxis & Vallitus inſtat habenis.
Arduus ærata Lesladius emicat haſta.
Romule tu Vidium iaculo, tu Lælion enſe
Figis, & ingeſtis fruſtra tibi, corpora telis — Romuli, & aliorum pugna.
Traijcis, agglomeraſque neces, & trunca dolentum
Mēbra: nec haſta vacat, neque differt vulnera cu-
Aſpectuque heros, criſtato & lumine terres. (ſpis
Vidit, & in pugnam ſe rurſum exuſcitat ira
Criſpus, & intorta reſonat prænuncia cornu — Qui prouocatur à Criſpo.
Signa: Nec oblato refugis iuuenile periclo
Heu periture, decus, reuocaſque cieſque vocātem
Romule, prætentaſque leui certamina telo.
Et iam cornipedes geminis calcaribus actos
Arua timent: ſenſiſſe pedes emenſa volantes — Duorum, Criſpi, & Romuli, certamen.
Mox tamen arua negant. ſed curſu intenta volucri
Celatum clypeis veſtigat, & irrita pectus
Lancea declinat: ſitienſque rubentia venis
Flumina, nonnullos bibit errabunda cruores.
Sæuior at ferri rabies, quam raſilis orni.
Nudat vterque habilem vagina, enſemq. coruſcat,
Aggrediturq parem. mucro modo certus ad ictum
Dirigitur: tranſuerſa rotans modo vulnera cæſim,
Demiſſuſue gerit: clypei vix corpora celant.
Fulgurat elatum; fert dira tonitrua labens;
Arma quatit ſubito commixtum fulmine telum.
Ecce ferit Criſpus: cæcique errore metalli
Obuer-

Criſpus equũ Romuli traijcit. Obuerſum traiecit equum, quem flumine largo
Sanguinis vnda lauit. foſſuſque, & vulneris alti
Impatiens dum calce notos, ſimul ore lupatum
Frangit, & humenti declinat puluere dorſum.
Romulus at ſubito leuior iam corpora ſaltu
Abſtulerat: verbis hoſtemque affatus amaris:
Ideoque increpatur à Romulo. *Nempe*, refert, *victor pecorum, mactator equorum*
Exercet laniena tuos aptiſsima cultros.
Veniſti mactare feras ô bellua? diſces
Iam quid bella virùm diſtent. Tu Cæſaris enſe
Vt cupias cecidiſſe, cades. Sed talibus ardens
Quem obiurgat & Criſpus. Criſpus, vt ad terram præceps demiſerat artus:
Tempus, ait, *mactare feras. tu ſcilicet amens*
Tu ſatus, occumbes, genitore rapacior vrſo.
Reddet vterq. vorax quem fauc bus hauſerat Orbẽ.
Non tulit, & ſtantem contra, teloque petentem
Cum felle Romuli. Romulus enſe petit: feriēſque: *Rapacior vrſo*
Aſpice, ait, *crudam rapio cum ſanguine vitam:*
Redde latro iam lucis opes. Duplicauerat ictum,
Vitandique omnem diſcluſerat impetus artem:
Enſis & abruptis humeros illabitur armis:
Libati in guttas extillauere cruores.
Terror vt armenti Taurus cui plena iuuentæ
Vulneris indocilem vallarunt cornua frontem,
Ludi in quibus indomiti occiduntur Tauri nunc pęnè ſublati. Heſperijque olim venit in certamina ludi;
Si poſt tuta latens circenſis dolia pugnæ
Ardua venator traiecit arundine colla.
Mugitu, ſaltuque truces, & cornibus iras
Colligit: ac primum iliceæ monimenta carinæ
Deijcit, aut iacto leuat inter nubila ligno.
Fumifer expirans accenſum curſibus ignem
Inde ruit, profugique incaſſum, artemque dolentis
Rapta

Rapta ſagittiferi iaculatur corpora Thracis.
Talis inardeſcens, plagamque vlturus in hoſtem
Tela mouet Criſpus. ſed enim grauis ira, dolorque
Certandi iura abſciderant: ſine lege rotatum
Vis enſem obliquat, ſine lege intorquet adactum
Impetus arma regit. Ferroque retundere ferrum,
Aut clypeo munire latus iam Romulus acer
Haud potis, & raptos ſibi Martis inhorruit auſus.
Tibia iamque fluit, tepido iam ſanguine ceruix.
Indoluit ſtimuliſque heros impulſus agebat
Bellandi ſimiles furiatis viribus artes.
Enſis ab hoſte cadens iterum cui tempora pulſat.
Læuis at illapſum proiecit caſsida telum,
Et loris auulſa cadit; perfuſaque multo
Sudore affulſit rubicundæ gratia formæ.

Romulus vulneratur à Criſpo iam pœne victus.

Tollitur extēplo Germana per agmina clamor:
Quî dederant & ſponte locum, pugnamque volēti
Annuerant, pugnare volunt. mileſque duceſque
Agglomerant ſe ſe. nec ſegnior intulit arma
Flauius. Amſterum clamantem, & iniqua vetantem
Prælia & auratæ quaſſantem cuſpidis ornum,
Obuius iniecta velociter occupat haſta
Artemius, miſſo per terga per ilia ferro.
Ille cadit. regnata viro necdum excidit Arctos,
Parua tamen crudæ ſolatia dulcia mortis.
Drabalus inſurgit iuxta: cui plena furoris
Geta tument vnà rabiemque & miſsile torquet.
Obſtitit at Caius contra, miſſumque per auras
Aurifera iaculum dimouit pectore parma.
Inde vibrans telum; *Referes num lancea*, dixit,
Hæc fugiat mentita manum, *ſubit illa petenti*
Et ſtridens iugulo ſpumantia ſanguinis hauſit

Dirempta duorum alij pugnæ ſuccedunt.

V *Flu-*

Flumina. Dacus opem moriturus ab enſe petebat,
Deſtituunt vires, ac prodidit ira cadentem.
Te quoque per medias ſtudio quæſite cateruas
Crispus in Romulum iaculũ mittit. Romule proſpiciens Criſpus non certius vnquam
intendit iaculum. veniens propiora ferebat
Cum Pater auxilia, & cuſtos iam viderat Ales
Spicula. *Nec fallet iuuenis te Flauia cornus*
Dixit; & emiſſam direxit. Ænea tanto
Turbine quæ facibus prorumpit maſſa coactis
Et clauſo latebroſa tubo? Quæ concita neruo
Nuncia tam certi per inane exclamat arundo
Vulneris? vt ſuperis opibus, mentiſque magiſtræ
Quod vi cœlesti directũ traijcit frontem. Vi pulſum exitio volat immedicabile telum:
Nudatumque caput per & oſſa, & tempora ferro
Tranſilit, & fixo pendet ſublime cerebro.
Romulus occiditur. Occidis: occaſumque rubro velut Heſperus ore
Leti in nocte præis miſerandæ Romule gentis.
Nec tamen interitura tui ſtat nominis ingens
Fama. Palatinæ Princeps memorabilis aulæ,
Et pius, & virtute potens, & nobilis heros
Diceris. Imperium genitoris iniqua Tyranni
Si feritas aufert; eadem cumulauit honores.
Indigetes dum Roma leget, dum priſca ſacrorum
Nomina, Cæſareis Diuùm numerabere faſtis.
Maxentiani pereunt. Vos adeo turmæ comites ſpes mortua vitæ
Deſeruit, miſeris ſtragemque fugamque reliquit.
Aduerſa exuperat vis vndique, & vndique cædes.
Viderat, auxilio tum circumfuſa Tyrannus
Tela rapit fruſtra: quem Conſtantine petebas
Maxẽtius cõfugit ad ligneum pontem. Iam victor, totiſque micans auguſtior armis.
Incubat illi horror: pontiſque doloſa reuoluens
Robora, terga fugæ mandat, Tiberiſque ſepultas

Vertit

Vertit ad inſidias. Veluti per aperta vagantes
Iugera aues ſonitu; catuliſque fidelibus auceps
In caueas caſſeſque trahit. ceu littora propter
Trinacrij lilybæa maris Drepanumque calentem
Thynnorum populos ciueſque Athlantidos vndæ
Callidus inuitat, ducitque per æquora Delphin,
Subdola teſtatus ludenti gaudia ſaltu.
Tum caua funiculis, intextaque limina merſi
Carceris ingreditur: ſequiturque, petitque latētem
Sponte pecus tacitum ſua per conclauia mortem.
Liber at exultat piſcoſa per atria Delphin.
Proditor ac tutis reddit ſe Doridos antris.
Sic ferus ire dolos præ ſe gaudebat ouantes,
Attollitque animos fluuialis mole ruinæ.

Piſcatio Thynnorum inſignis apud Siciliam.

Conclauia mortis appellant.

Cæſaris at cuſtos ſuperæ Dux fortior alæ:
I, fatur, *ſequere incautum; rapidiſque videbis*
Conſtantine vadis, medioque in gurgite merſum.
Vix ea. cum cæcas ſubito digreſſus in auras,
Flumen arenoſo tumefactum educere fundo
Tybrim exundantem pontiſque abiegna tumultu
Spumifero quaſſare iubet. Vorat humida nutu
Pabula cœleſti fluuius, trabibuſque minatur,
Et vinctas laxare potens, & frangere fluctu.
Ipſe procul fons, qui tenui lactentia rore
Labra rigat Tiberis, patefactis flumina ſaxis
Maior adulta parit; niuibuſque è rupe ſolutis,
Viſceribuſque cauis, & hiulcis culmine venis.
Tum liquidas alij furias amneſque lacuſque
Subijciunt: alueoque graues animoſa volutant
Prælia. pugnaces iam formidabilis vndas
Tybris agit fœtus bello, totaque tumeſcens
Tempeſtate ruit: ſonituque, & vortice rauco

Tiberis mire intumeſcit.

Iam quatit iliceam tremefacto pondere molem.
Robora limoſo fuerant defixa profundo,
Surgebantque, velut ſtantes imitata columnas:
Tum ſuper immiſſa pinus compage trabales
Inſtrati tabulata leuant pendentia pontis.

Tiberis pontem impellit, ac deijcit.

Huc Tybris impacto per ſumma reuoluitur æſtu,
Erectas quatiente trabes: perque ima refuſus
Fundamenta ſolo propellit; & hoſpita limo
Tigna mouet, cumuloſque vorat mordentis arenę:
Pulſaque materies, compactaque tranſtra vacillãt.
Tum ſcopulis idem raptis; longeque reuulſis,
Ceu ſyluæ tormenta rotet, pontem arietat ornis,
Interea fallax, curſuque inuectus anhelo

Maxentius in ligneo põte.

Aggeris iligni textum nemorale Tyrannus
Inſilit. in læuam ſeſeque effundere ripam
Atque operis tentat ſilueſtria ſoluere vincla;
Flauius impoſitas Cæſar cum tangeret alnos.
Ecce repercuſſæ violento flumine molis
Ima labant: totiſque iterum certata procellis
Vlmea ſe validis ſoboles compacta procellis
Chaoniæque trabes ſcindunt, vaſtumque ruina
In lymphas ſubſedit onus. compulſa fragore
Littora diſſultant: nubes it ſpumea cœlo:
Seque immerſa premunt, canoque natantia fluctu
Brachia ſyluarum ſpumaſque vndaſque reſorbet

Incert. in Panegyr. Tiberis tu nec parricidã vrbis paſſus es enatare. vt Conſtantin. hoſtẽ in te propelleret tu necares.

Labentemq. auido Tybris vorat amne Tyrãnum.
Reſtitit, effuſaſque manu compreſsit habenas
Conſtantinus equi, cum lapſa dehiſcere vidit
Robora. præcipitem tunc & fulgentibus armis
Spectauit, raptumque fretis, vndaque ſepultum
Vortice flumineo & tumulo ſpumante Tyrannum:
Victricemque animo celebrauit ſupplice dextram.

Tu

Tu quoque Tybri auro numquam, ſpolijſq. potitus
Lætior exultas: prædamque amplexus opimam
Vltor acerba tuæ lauiſti vulnera Romæ.
Nec tamen artificis ſcelerum mala vulnera Regis
Abluis: inferni quæ non torrentibus vndis
Deterſiſſe valent amnes: ardentibus antris
Non abolere faces, furiæque voracibus hydris,
Tuque rapax fluctu, poſtquam rorantibus aſtris
Ingeris vndoſi montis iuga: turpia poſtquam
Membra obluctanti latuere natantia fundo
Ei ectum per ſaxa vomis: per iniqua cadauer
Riparum deforme rotas. rurſumque vorago
Sorbet in abruptum, rurſumque eructat in auras.
Sed quota pars refugit clamantum, ac ferà dolētum
Vorticibus Tiberine tuis? ſociabile Regi
Vulgus vbi latis cladem cumulauerat aruis,
Voluitur in fluctus: trepidant, abeuntque, cadūtq.
Præcipites, mortemque bibunt, hauſtique procellis
In montes glomerantur, aquæ tumidiſq. teguntur
Montibus: immenſiſq. magis tumet amnis aceruís.
Ipſa ſub oceano tingi quæ negligit Arctos
Credidit immergi fluuio, cum merſa videret
Heu couſanguineis prognata aquilonibus arma.
Et limes iam nullus erat cædiſque fugæque.
Cæſar at ignoſci miſeris, vltroque iubebat
Vitali euinctas obſtringi munere turmas.
Cui iam caſtra patent; valloque inimica reuulſo
Roma tuas victori arces monimenta recludunt.
Ergo dari ſignis pacalia mitibus æra
Imperat. Ipſe autem magnæ inter gaudia palmæ
Effuſos ſpectare patres, & lavrea feſti
Lætatur manibus portantes dona triumphi.

Idem ibid. Tiberis correptum gurgite deuorauit, eodem quo extinxerat loco tenuit,

Naz. in Pan. Non commemorabo opletum aceruis corporū Tiberim & inter cōgeſtas alte cadauerum moles &c.

Cō ſtantinus potitur hoſtium caſtris, & Vrbe.

Senatus venit ad victorem.

Sed meliora placēt. Tiberis namq. herbida propter
Littora tendit iter: victæque ad mœnia Romæ
Vaticana petit venerati ſaxa ſepulchri.
Hic vbi relliquias Petrus, cinereſque beatos
Poſt diræ tormenta trabis, cuneoſque reliquit:
Reſpexitque ſuam cœleſti è vertice Romam.
Huc etiam properare duces, mileſque, Patreſque
Tum fidei ſanctæ proceres, geminuſque ſacrorum,
Auguſti Antiſtes cingit latus. ille verendo
Affuſus lapidi: *Tecum iam vicimus*, inquit,
Clauiger aſtrorum: Cœli quique aurea pandis
Tecta, mihi reſeras Vrbem: dextra vnde potenti
Mundum ſydereis rector moderabere frenis.
Nam mihi non vllam dederit victoria partem
Imperijs deuota tuis. è culmine Romæ
Tu Cruce cum domina ſubiectum iura per orbem
Effundes. cunctis Deus ecce vocabitur aris,
Tartara dum claudes, dum gētibus aſtra recludes.
Quod ſi reſtat adhuc belli ſonor. impia frangam
Arma pius: noſter tua ſacra tuebitur enſis:
Romanuſque geret me vindice regna Sacerdos.
Sic ait. & ſancto dat laurea dona ſepulchro.
Innexuſque iterum lauro, curruque ſuperbo
Flauius inuehitur Romanam victor in Vrbem.

Sic Baronius tom. 3. anno Chriſti .312. Euſeb. lib. 1. vitæ Conſt. cap. 32.& 33. de auctori victori victoriæ gratias egiſſe ſcribit.

F I N I S.

I N-

INDEX

A

ABLAVII conſilium Conſtantino datũ. pag. 164.
Altaris ornatus. 209. & 210.
Amalus Dux Luſitanorum in exercitu Conſtantini. 14.
Amſterus Dux in exercitu Romuli. 250. occiditur ab Artemio. 305.
Angelus Armatus. 201. Animos, ſpemque addit Conſtantino. ibid. & deinc. 302. alloquitur Coſtantinum. ibid.
Angelus ſpecie Iuuenis alati. 282.
Angelus Primogenitos Aegypti occidit. 283. Sennacheribi copias obtruncat. 284
Angelorum ſedes vbi? 281. Eorum varij ordines. 281. & deinc eorum celeritas. 282.
Anglia, & Anglorum habitus, ac natura. 273.
Antiſtes cum veſte, cui Pluuiale nomen eſt. 213.
Antium Vrbs. 98.
Antiatinæ ſortes. 99.
Anus in rebus gerendis adhibitæ à Germanis. 267. & 269.
Apennini montes. 133.
Apes viſę à Conſtantino. 131.
Aquitanorum habitus, & Cæſaries. 275.
Area in ſumma domo veneficijs apta. 144.
Arnus fluuius. 230.
Artemius Dux in exercitu Conſtantini. 14. & 177. Martyr. 14. eius fortitudo. 16. mittitur Legatus Romam. 39. 78. exponit mandata Maxentio. 79. adit Marcellum Pontif. 87. 89. Vrbem viſit, & loca Martyrum. 91. audit de incendio Neroniano. 96. & 97. & ſupplicio Chriſtianorum. 106. & deinc. narrat facta Conſtãtini 113. & deinc. conſilium prębet Conſtantino nũcijs varijs turbato. 163 Irrumpit in Germanos. 292
Aſcanius Dux Gallorum in exercitu Conſtantini. 13.
Atheſis Veronæ fluuius. 7.
Aufidius Dux Claſſis maritimæ Maxentij. 232. deditur Criſpo. ibid.
Auxilia cęleſtium bellatorum pro Conſtantino 8. & deinc. 19. & deinc. 27. 28. 279. 300. obſtant, & metum incutiunt Maxentianis. ibid. & 301.

B

BAliſtarum vſus in prælijs antiquorum. 20.

Belgæ olim intra fines Galliæ.
Bomilas Dux in exercitu Maxentiano. 292.
Breneſtus Dux Germanorum in exercitu Conſtantini. 275.

C

Caius Dux in Claſſe maritima Conſtantini. 227.
Canes Britanniæ generoſi. 141.
Capitolium, & Iuppiter Capitolin. 92.93.
Caſtra Maxentij. 149.
Cataphracti Equites in pugna. 275.
Cautis abſciſſæ, & cadentis impetus 133.
Ceionius Dux militum prætorianorũ in exercitu Maxẽtij. 255.
Chriſtiani, quos perſequitur Nero, 106. cremati in vſum luminis nocturni 107. occiſi ferarũ forma. 109. & deinc.
Chriſtallina pila veneficijs apta 145.
Chroternus Danorũ Dux in exercitu Romuli. 256.
Cimbri à Mario Coſ. victi 256.
Claſſiarij & Lybici milites. 278.
Collis Eſquilinus. 142.
Collis. 169.
Coloſſus Maxentij fulmine ictus. 43.
Coma. vide in Deſcription.
Comparationes. 5. 10. 16. 20. 23. 39. 53. 57. 61. 68. 71. 75. 84. 97. 101. 114. 125. 133. 138. 141. 145 147. 162. 163. 165. 176. 185. 195. 200. 214. 215. 250. 281. 286. 291. 292. 295. 296. 298. 299. 302. 305. 307. 308.
Concentus Muſicus. 45.
Concio Conſtantini ad milites. 7. 14. 214. 281.
Eiuſdẽ ad Chriſtianos Sacerdotes vt opẽ numinis implorẽt. 203.
Angeli armati ad Conſtãtinum. 279.
Dalmatij ad milites Horatij. 175.
Dymantis ad Maxentium. 285.
Hortentij ad milites Conſtantini. 160.
Maxentij ad Populum Romanũ. 153. ad milites. 184. 290.
Militum indignantium. 26.
S. Nicolai Myræ Epiſc. ad Conſtantinum. 106.
Patris quærentis. 26.
Romuli ficti Oratio ad Hortentium militem prætorianum. 159.
Ruricij ad Maxentianos 15. 21.
Conſtantinus á Romanis vocatur, & cur 4. 116. vincit per Italiam exercitus Maxentij. 5. & 524. Veronam obſidet. 6. pugnat noctu cum Maxentianis. 15. & deinc. eius fortitudo 17. 18. 23. adiuuatur à Cælitibus pugnantibus. 19. 22. 28. Veronam intrat. ibid. & deinc. quid ibi egerit laborat lepra. 31. & deinc. ſanatur 34. eius Baptiſmus. 34. Templa Deo extruit. 35. & deinc. mouet ad Vrbem;

39. deſideratur à populo Romano. 51. fit Imperator mortuo patre. 113. eius forma. 114. & virtus ibid. 128. vincit Germanos, & Gallos 115. Vrbes Italiæ expugnat. 121. & deinc. iterhabet ad Vrbem. 127. & deinc. ipſius Exercitus falſo nūcio terretur 158. inexſpectatis nuncijs turbatur. 163. eius audax fortitudo 164. indignatus militum quæſtibus ferrum in ſe parat. 165. cohibetur à militibus. ib. angitur vario curarū æſtu. 201. ab Angelo animū, ſpemq. accipit 201. alloquitur Chriſtianos Sacerdotes. 203. Pietas & Voluntas excipiendi Baptiſmum 205. ad Vrbem cum exercitu properat. 214. deinc. & copias mittit cum labaro ad Cimini montes. 215. vigilantia & militum cura. 217. matrem & vxorem Mediolani reliquit. 219. eius Pietas 280. inquirit de Angelis & omnia illi exponuntur ab Epiſcopo Myrenſi DiuoNicolao. 281. & deinc. diffidit humanis auxilijs 272. Labarum vehi iubet in hoſtē. 295 auxilio accurrit ad læuū cornu 296. Inſequitur Maxētiū. 308. excipitur à Senatu tāquam victor. 309. Vaticanum D. Petri Tēplū petit gratias Deo acturus. 310. Triumphat in vrbe, ibid.

Criſpus Conſtātini Filius 14. Mittitur à Conſtantino ad Claſſē deducendam contra Maxentiū. 127. iter habet Genuā verſus. 218. eius de Germanis triūphus. 222. Eius funus. 223. & deinc. Eius decor & ſpecies. 224 Inopinatus aduentus & oratio ad Auguſtas. 224. & deinc. Accipit claſſem à Caio. 227. Tempeſtate iactatus ad Baianum litus appellit. 231. in vrbem Neapolitanam equeſtri pompa inuehitur. 235. Regie excipitur. 236. & deinc. Veſuuiani incendij cauſas expoſcit, & totū exponitur 237. & deinc. Nuncium Peruſinæ obſidionis accipit. 247. Eius virtus ibid. in Germanos cum exercitu inuehitur. 292. mortem minatur Drabalo. 293. prouocat ad pugnam Romulum. 303. pugnat cum illo. ibid. & deinc. obiurgat Romulum. 304. in Romulum iaculum mittit, & necat Romulum. 306.

Crux è ſepulchro refoſſa. 40. & deinc. in cęlo viſa à Conſtantino. 118. Eius potētia. 215. inuenta à S. Helena. 221. eius encomia, ibid.

D

Dacia nūc Tranſyluania. 266. Dacorū habitus mores, arma

ma. 258. & deinc.
Dalmatius Conſtãtini Dux Æmiliæ, & Flaminiæ vrbes in poteſtatẽ redigit. 166. Piceni etiã, & Vmbriæ vrbes ſubigit. 173. & deinc. Eius vigilantia. 178. Peruſiam tuetur. 180.
Damaricus Gothorum Dux in exercitu Romnli. 257.
Danubius, 265. & deinc.
Dæmonis vis victa diuino ſacrificio. 211.

DESCRIPTIONES.

Angeli apparentis forma iuuenili. 35. plures ſpecie bellatorum. 8.
Apotheoſis veterum. 66. 67. 70. & 71.
Auroræ pallentis, & variæ. 151.
Auroræ naſcentis. 209. 226. 292.
Bellatorum cæleſtium. 8.
Bellatorum pugnę in circo. 49. 50
Cadaueris & ſimilis formæ. 10. 40
Circi ad ludos. 101.
Cœnæ Barbaricæ. 18. Ruſticæ. 53. Quadrageſimalis. 112.
Conuiuij Regalis. 237.
Corporum ardentium. 107. cæſorum à feris 110.
Diei occidentis. 3. 54.
Diei orientis. 30. 38. 52. 286.
Domus regiæ. 236. & deinc.
Ducis armati. 278.
Equorum curſus. 47. 48.
Exercitus iter habentis. 126. & deinc.
Ferarum, quæ ad ludos alebãtur, 87. & deinc. earundem fictarum. 109.
Fluuij. 7. 128. 133 173. 188. 226. 230. 265. & deinc.
Fluuij intumeſcentis. 307.
Fluuij populantis ſata. 162.
Fluuij ignei. 241. & deinc.
Fontis furtim aquas eiaculantis. 176.
Horroris. 139. & deinc.
Iaculatoris egregij. 198.
Ieiunij Quadrageſimalis. 112.
Ignei turbinis 20.
Incendij Romæ. 102. 103.
Inferni monſtri. 100.
Iuuenis, & iuuenilis formę. 60. 69.
Iuuenis formoſi 224.
Lateranẽſis Palatij, & montis. 33
Leonis in venatorem ſæuiẽtis ob defenſionem natorum. 296.
Ludorum in quibus indomiti occiduntur Tauri. 304.
Montis 64.
Nauis periclitãtis, & immerſæ. 23
Noctis, 7. 100. 139. 178.
Noctis ſerenæ. 167.
Noctis deficientis 172.
Obſidionis vrbis. 129.
Pluuiæ, ac ſubiti turbinis. 75.
Pompę circenſis. 43. & deinc.
Procellæ 291.
Pugnæ nocturnæ. 15. & deinc.
Pugnæ duorum exercituum. 175. & deinc. 291. & deinc.
Pyræ exequialis. 70.
Syluæ. 53.

Tem-

Templi. 36.
Tempeſtatis. 231.
Terræmotus. 150. 301.
Torrentis. 292.
Veneficij Dymantis Magi. 145. & deinc.
Viuarij ad alendas feras. 87. 88.
Dircæus Dux in exercitu Conſtātini occiditur à Romulo. 294.
Domus Lauretana in Picenum adueċta. 169. & deinc.
Drabalus Dacorum Dux occurrit pugnaturus cum Criſpo. 293. mortem illi minatur. ibid. vulneratur à Criſpo. ibid. occiditur à Gaio. 305.
Draulus occiditur à Conſtantino. 292.
Dymas magus fautor Maxentij. 87. eumdem alloquitur. 144. eius ad veneficium agendum tetra ſpecies. 145. deſperat de victoria Maxētij. 285.

E

EQuis territis Maxentiani terrentur. 300. & deinc.
Equites Cataphracti. 275.
Equitum Sarmatarum Sedes. 297.
Equorum terror. 300. & deinceps
Eucharistia proponitur populis adoranda. 205. & deinc.
Euchariſtiæ conſecratio. 211.
Euchariſtiam ſuſcipientis Sacerdotis affectus. 212.
Exercitus fictus, & laruæ apparēt & crucis labaro fugantur. 215. & deinc.
Exercitus Conſtāt. ſemper victor. 50. Terretur falſo nuncio hoſtium. 158. Turbatur per dęmonum præſtigias, & fraudes. 159 & deinc. ſeditionem patitur, quæ metu creſcit. 162. Conqueritur apud Conſtantinum, cum eius indignatione. 165. quando primū victus 177. terretur laruis, & ficto exercitu. 215. Maxentij caſtra Ablauio duce inuadit. 216. paratur ad pugnam contra Maxentianos. 272. eiuſdem ordo ad pugnandum. 288. Alacritas ad pugnā capeſſendam. 290. laxātur ordines exercitus à Conſtantino ne cædem impediant. 292. inuehitur in Germanos. 292. conſternatur audito cecidiſſe Conſtantinum quem putat eſſe Imperatorem. 296. Sarmatis equitibus ſe opponit eoſque occidit 298.
Exercitus Maxentij. 12. 254. & deinc. idem ad pugnam diſpoſitus. 287. metu immoti perſiſtunt Maxentiani, & ſupplices victorem agnoſcūt. 301. & deinc. eius magna pars in Tyberim demergitur. 309.
Exercitus Romuli eius filij. 255. & deinc. opponunt ſe Conſtantino eius copiæ. 295.

F

FAuſtæ cura, & ſollicitudo amantis Criſpum. 223.

Fer-

Ferdinandus Hetruriæ Magnus Dux II. eiuſq. virtus. 2.
Fermandus Dux Hiſpanorum in exercitu Conſtantini. 14. 276.
Forma ſimilis duorum. 54. 57.

G

GAfridus Aquitanorum Dux in exercitu Conſtãtini. 275.
Galba Dux in exercitu Maxentij. 254.
Galerius Maximianus Dux in exercitu Maxentij. 255.
Gallicæ copiæ & cohortes variæ. 274. & deinc.
Gardus Dux in exercitu Maxentii occiditur ab Artemio. 293.
Germanorum variæ Gentes. 257.
Germanorum copiæ. 275.
Gothi è ſuis ſedibus profecti Italiam vaſtauerunt. 257.
Gothici ſoli ſitus, & fœcunditas. 257.
Gratiarum actio Conſtantini ad Deum ob relatã victoriã. 310.

H

HIatus terræ in ludis. 108.
S. Helenæ profectio in Paleſtinam. 220. eadem cum gaudio Crucem inuenit. 221.
Helleſpontus. 265.
Hiſpanorum copiæ. 276.
Hortẽtius miles prætorianus Romuli, 158. exprobatur à ficto Romulo. 159.
Hyalomantia. 147.
Hybernia. 274.

I

INſulæ in Ionio mari. 264.
Inuocatio ad B. Virginem. 171
Italorum copiæ in exercitu Conſtantini. 277.

L

LAbarum factum à Conſtantino 120. eius vis. 122. 124. eius ornatus. 278. & deinc. vehitur iuſſu Conſtant. in hoſtes. 299. terret hoſtes. 309.
Lacus Benacus 218.
Legio Thebæa. 13. fulminatrix. ibid. aliæ. 14.
Legio Orientalis Maxentij mollior. 217.
Legio ſeptemtrionalis Conſtantini fortior 217.
Legiones, ex Africa pro Maxentio. 233.
Legiones variæ exercitus Maxentij 254. & deinc.
Legiones Romanæ. 277. & deinc.
Lælius à Romulo occiditur. 304.
Leſladius Dux in exercitu Romuli. 256.
Lollius Dux in exercitu Maxentij. 255.
S. Lucina Romana. 219. duplex velum miſit Helenæ, & Fauſtæ. ibid.
Luctus Maximi Conſulis de filij morte. 199. & deinceps.

M

MAnricus Dux Britannorum in exercitu Conſtantini. 273.

S. Mar-

S. Marcellus damnatus ad alēdas feras. 888. & deinc.
Maridenus Dux in exercitu Maxentij occiditur. 302.
Marmora varia. 229. lunenſia in Italia celebrata. 229.
Martius Dux Cilicum in exercitu Maxentij. 297. Conſternatus Flauij milites necat. ibid. fugit cum ſuis. 299.
Matris lætitia agnito filio. 69. dolor in eius periculo. 72. 74.
Maxentij crudelitas 4. 51. 73. Superbia. 5. 83. 84. odio habetur à Romanis. 79. reſpuit petitionem Conſtantini. 82. Senatum obiurgat. 83. Eius metus. 138. Palatium munit. 139. horrore vexatur, 139. & deinc. adit Dymantem magum. 142. & deinc. conſulitur à Senatoribus. 153. caſtra locat ad Pontem Miluium. 183. Pontem ligneum conſtrui iubet. 184. Romam è caſtris redit. 190. conſulem damnat. 193.
Maxentius ad caſtra Tiberina redit. 200. filium Romulum reuocatum ad Vrbem magna lætitia excipit. 252. ſuos tuetur, & confirmat ad pugnam. 294. militem occidit nomine Conſtantinum. ibid. ad Pontem ligneum confugit. 306. in Tiberi demergitur. 308.
Maximus Conſul fauet Conſtantino. 79. concionem habet in Senatu ad Maxentium. 85. eiuſdem ad Maxētium oratio. 143. ad Selium Seruum alloquutio. 187. in ſe crimē Serui cōuertit. 192. agnoſcit ſeruum eſſe filiū. 194. & deinc. contendit cum filio de morte. 196. collocatur in roſtris transfigendus á filio. 198. aduolatè roſtris ad filium. 199. luget mortem filij. ibid. occiditur iuſſu Maxentij. 200.
Mutina vrbs obſidetur. 129. capitur à Conſtantino. 130.
Mediceæ triremes victorijs nobiles. 3.
Mutatio formę, & habitus 65.

N

Nauigatio proſpera. 228.
Nero cur Romā incenderit. 97. occiſor matris vexatur. 98. Antij degit. ib. redit ardēte Vrbe. 102. cātat in Romę incēdio. 104. aurigā agit in ludis. 108.
S. Nicolaus Myræ Epiſcopus. 202. deinc.

O

Obſidio Peruſinæ Vrbis. 180. & deinc. 248.
Oratio Amſteri ad Romulum de proſequenda obſidione. 250.
Angeli cæleſtium copiarum ducis ad Conſtantinum. 300. 302.
Caij ad Ducē Copiarū Affricę. 233.
Criſpi ad Auguſtas, 225.
Dymantis ad Romulum. 270. & deinc.
Germanorum ad Romulum electum

ctum Ducem. 268.
Helenæ ad Criſpum. 225.
Legati Aufidij ad Criſpum. 232. & deinc.
Marij ad Romulum obſidentem Peruſiam. 249.
Proslomij ad milites, accendentis illos ad pugnam. 298.
Reſponſio Romuli ad Mariū. 249. & deinc.
Romuli ad Patrem Maxentiū. 252. Eiuſdem ad Germanos. 268.
Tullij Legati ad Aufidium. 232.

P

Palatium Cęſarū. 138. & deinc.
Pannonici ſoli ſitus, & fœcūditas. 257. & deinc.
Pannoniorum habitus vires, & arma. 258.
Paradiſus Terreſtris. 2.
S. Petrus venit ad Vrbem 95. multos vocat ad fidem. 96. Simonem Magum volantem aëre deijcit 92.
Piſcatio Thynnorū inſignis apud Siciliam. 307.
Pompa Circenſis vide in deſcript.
Pompa equeſtris. 235. & deinc.
Populus Romanus execratur crudelitatem Maxentij. 196. Indignatur Selio Patrem transfixuro. 198.
Pons Miluius extra Vrbem. 182. idē iuſſu Maxentij ligneus extructus. 185. idē ab Æmilio Scauro factus. 286. á Tyberi diſiectus. 308.
Portēta á Moyſe in Ægypto. virgę miniſterio patrata. 282. & deinc.
Portus Delphinus. 228. Portus Ericis olim Veneris. 229. Portus Liburni. 230.
Prætoriani milites. 278.
Preces mulierum Romanarum. 155. & deinc.
Preces Sacerdotum pro victoria Conſtantini 280.
Preces & Oratio pij viri in Eremo degentis. 167.
Presbyteri cū ſuperpelliceis orātes. 206. & deinc. 213.
Prislomius Dux Sarmatarū equites ſuos accendit ad pręlium. 297. reclamans occiditur, 299.
Probus Dux in exercitu Maxentij. 284.
Proditio. 54. & proditoris facinus. 55. & mors 58.
Pugna atrox cum lęuo hoſtiū cornu in exercitu Conſtantini. 302
Pugna nocturna. 11. 15. 16. & deinc. vide deſcript.
Pugna Patris, & filij. 24. duorum fratrum. 25. duorū ducum. 303.
Pugnæ apparatus in Caſtris Conſtantini, 271. & deinceps.

R

Roma ſpecie bellatricis. 222.
Romulus Maxentij filius in eiuſdem exercitu. 12. pugnat cōtra Conſt. 19. fugit ex pręlio 52 latet in ſylua. 53. ex qua inſidijs appetitus fugit 56. iter habet ad vrbē. 59. 63. ab amico

fere occiſus.60, á matre agnoſcitur. 69. ſed non á Patre. 72, 73. à quo dãnatur.74. igni traditus 75. quem euadit.76.abit ex Vrbe.ibi.cũ exercitu Peruſiã aduenit. 174. excitat ſuos ad cladem hoſtium.177.Peruſiam obſidet.180.Reuocatur ab obſidione.248. nũciũ accipit aduentantis exercitus Criſpi.261. conſiliũ capit diſcedẽdi.ibid. ad Patrẽ Maxentium properat. 252.exponit Patri quid ſibi lõgis viarum erroribus acciderit. 261.& deinc.vſq.ad 240.agnoſcitur, & honorificè excipitur á Germanis. 268. eius virtus in Prœlio.295.303.pugnat contra Criſpũ. ibid.& deinc: increpat illũ.304. Vulneratur à Criſpo. 305. ab eodẽ occiditur.306.

Roſtra in foro Romano,198.

Ruffinus Dux in exercitu Maxentij. 255. Rupes immota. 195.

Ruricius Põpeianus Dux Maxẽtij. 2.3. mouet contra Conſt.7.noctu pugnat cũ eodẽ.15.& deinc. eius fortitudo. 17. 21.mors.28.

S

SAcrificium Chriſtianorũ. 210. & deinceps.

Sacrificium more veterum Romanorum. 46.

Sacrificium á Maxentio peractũ more veteri. 253. & deinceps.

Sarmatæ nunc Poloni milites in exercitu Romuli. 256. in Flauianos inuehuntur. 297.

Scorpius ardentibus prunis concluſus 138.

Scotiæ Regio. 273.& deinc.

Scylla & Charybdis in freto Siculo. 264.

Selius Maximi Cõſulis ſeruus.186. ſuam fidẽ Maximo teſtatur.187 ad Conſtantinum nuncius aduolat. 188. deprehẽſus à Serrano obiurgatur,& ſe defẽdit.189 ſiſtitur ad Tribunal Maxentij, & accuſationem diluit. 190. & deinc.torquetur,& virgis cæditur.191.& deinc.contẽdit cum Patre de morte. 196. & deinc. Idem iaculator egregius ad Patrem transfigendum in roſtris ſe parat. 198.& deinc.

Sennacheribus Hyeroſolymam obſidet 283.

Serranus Dux Maxentij. 188. Selium deprehendit. 189. eumdẽ obiurgat.ibd.ad Maxentium Romam adducit. 190.

Signa militaria Romanorũ. 119.

Somnium Conſtantini. 30.

Sotuartus Dux Scotorum in exercitu Conſtan. 273.

Strages exercitus in cornu dextero Maxentianorum. 299.

Supplicatio in Tẽplis Deorũ more Romano. 155.

Sylua ad Pontem conſtruendũ exciſa. 184. 188.

Sylua è Citris limonibus & malis medicis. 228.

Sylua Calidonia. 274.
S. Syluester latet in mõte Soracte. 32.

T

Templa á Conſtantino extructa. 36. & deinc.
Tẽpla quędã Gentiliũ. 92. & deinc.
Templum Fortunæ equeſtris. 99.
Templũ Virginis Lauretanæ. 170.
Timẽtium mores, & affectus. 152.
Titianus Prætorianorum Dux in exercitu Maxentij, eos immittit in hoſtem. 300.
Tybris. 182. Idem mirè intumeſcens. 307. Pontem ligneum impellit, ac deijcit. 308.

V

Valens Dux Claſſis Maritimæ pro Maxentio ex Africa aduectę. 233. Deditur Criſpo. 234.
Vallicus Dux Pannoniorum in exercitu Romuli. 258.
Vaticinium Manto. 134. & deinc.
Velum duplex acu pictum alterũ Helenę matri, alterũ Fauſtę vxori Conſtantini miſſum á S. Lucina. 219.
Veneris ſimulacrum in Crucis loco poſitum. 220.
Veſuuius Tito Imperatore flagrauit. 238. pars eius verſus mare ſterilis. ibid.
Veſuuianum incẽdium fusè exponitur á pag. 238. vſque ad 226.
Victoriæ Signum int circo. 43.
Vidius Dux in exercitu Conſtantini occiditur á Romulo. 303.
Virginis Lauretanæ ſimulacrum ornatiſſimum. 171.
Vitri Trigoni mirus aſpectus. 147.
Viuarium vbi alebantur feræ vide in deſcription.
Vrbs deterrita rerum aduerſarum fama. 152.

V R B E S.

Aemilię, & Flaminiæ vrbes aliquot recenſentur. 166.
Ancona. 166. & deinc.
Aquileia. 125.
Bononia. 130. 132.
Brixia. 125. 218.
Fauentia. 166.
Ferraria. 129.
Florentia. 133. & deinc.
Genua. 227.
Lauretum. 167.
Seguſium ad Alpes. 121.
Senę in Hetruria. 2. deſcribũtur. 137
Mantua. 128.
Mutina. 129.
Peruſia. 179.
Roma. 78. 80. 81. 91. 102.
Verona. 6. 7. obſidetur á Coſtant. 4. & deinnc. expugnatur 28. 125
Vrnandus Dux in exercitu Conſtantini occiditur á Romulo. 294.

LAVS DEO.

16 J 28 C